ne eoꝝ auxiliū ſentiam⁹. Se
cūdo ut exempla eoꝝ quorū
ſūt hic imitemur. Tercō ut re
quiē patrie vbi aīe eoꝝ ſunt
ſperem⁹. Quarto ut nos ī pul
uerem redigendos memorem
f ¶ Quo ad .ij. ſcōm thō;. vbi
ſup̄. Ad orientem adoram⁹ ⁊
altaria cōſtruūtur quintupli
ci de cauſa. Primo ī ſignū ꝙ a
criſto eſt nr̄a illumiacio qui ē
lux mūdi ſicut ſol eſt ab orien
te. Secūdo ꝙ oriēs eſt nobi
lior pars orbis ī ſignum nos
ibi vertim⁹ ꝙ credam⁹ omnia
nob a deo ꝯferri ⁊ nobiliora
ut ḡtuita immediate. Tertio
ſicut motus īcipit ab oriēte p
angelū. ita omnis nr̄a actio a
deo. Quarto ꝙ paradiſus eſt
ibi a quo cecidim⁹ ideo memo
remur ut in celi paradiſū intre
mus. Quinto ꝙ ab oriēte ad
iudicium veniet xp̄s.

¶ Capitulū .ix.

a Octauo ꝓhibetur hic
omnis ſupſticō diui
nacō ⁊ ſilia in quib;
illud qd̓ a ſolo deo vel a ſāctꝭ
expectare debem⁹ a creaturis
illicite requimus nō inq̄t ado
rabis ea neq; coles. Circ̄ hanc
materiam videndū. Primo de
ſpēbus ſuperſticōnū. Secūdo
de grauitate huius pcc̄i. Ter
cō de remedijs licitis ⁊ illicitꝭ
¶ Quo ad primū ſcō; yſiderū b
.viij. ethiaꝝ. ⁊ ſcōm thō. .ij. .ij.
.q. lxxxxij. Et certe ſūt capita
les .xiiij. ſpeties. Prima ē phito
nū hoim vicz ī q̄bus demō loq̄
tur. Ad quam reduci videtur
putātes ſe localit̓ ad herodia
nā trāduci Itē quedā mulieres
ī quatuor tēporib⁹ extaſim p
demonem patiētes. Secūda
eſt ſomnia hentium ⁊ decepto
rie ibi iudicātium. Tertia ma
thēaticorum q̄ ſcōm natitates
hoim ⁊ ſcōm influxus celeſtiū
iudicāt diffinitiue de volunta
rijs hūanis. nā mathematici
iudicant ſcōm cōſtellationes
Quarta ſortilegiorum Quinta
ariolorꝝ id eſt in aris ydoloꝝ
rīſa dantes. Similit̓ geomā
tici in terreſtrib⁹ iudicātes ut
in inſpectōe vnguis calibis po
liti ſpatula manu ⁊ in ſimilib;
futura vel ſecreta predicentes
Sexta auguria practicātium
auditu ſcilic; ī cantu ⁊ volatu
⁊ motu auiū iudicātiū. Sep
tīa carmiatoꝝ p verba ⁊ exor
ciſtaꝝ demones ⁊ illicite ſerpē
tes adiurantes. Octaua fit per

remedia ſupſticioſa alia ꝓ ſa
nitatibus vel alijs exercendis
ut in ligaturis verbis inordia
tis vel inuſitatis caracteribus
⁊ huiuſmōi· Nona auruſpicū
id eſt horarum ⁊ dierum vani
inſpectatores Decia nigromā
ticorū id eſt mortuos ſuſcitan
ciū ut p̄mo regū·xxviij·Et ho
die ex dubio fidei morituros
ad redeūdum inuitātium· Vn
decima tranſformācium ſe vel
alia in ſimilitudines animaliū
ut ī lupos ⁊ beſtias alias· Duo
decima fortunaꝫ inculpantiū
aut euſortunium · Terciadeci
ma artem illicitā addiſcētium
ut diuinacōnes·artem notori
am ⁊ ſi que ſunt ſimiles· Quā
tadecima maleficorum qui ni
tuntur immutare corpora a ſa
nitate certa generacionem im
pedire·animum in amoreꝫ vel
odium cōcitare et hijs ſimilia
c Quo ad ſecūdum de graui
tate hui⁹ peccati nōndum hoc
Primo prohibitum eſt in ſac
ſcriptura multiplici pena eciaꝫ
ſb pena mortis anime ⁊ corpo
ris· Vnde leuitici·xix· Anima
que declinauerit ad magos et
ad ariolos ⁊ fornicata fuerit
in eis·ponam faciem meam cō
tra eam ⁊ interficiā eam de me
dio populi mei· Item ibidem
·xx· Vir ſiue mulier in quibuſ
phitōicus·vel diuinus ſpirit⁹
fuerit moriatur lapidibus ob
ruēt eos ſanguis eorum ſit ſu
per eos·vnde ꝓpter hoc pecca
tum ochozias infirm⁹ mortu
us eſt quarti regū primo·Et
ſaul primo palip·x· Item ſcdꝫ
canones · Si diuinatorum et
maleficorum peccatū occultū
ſit imponitur penitētia·xl·dierū
Extra eodem capitulo primo
Si notoriū eukariſtia nega
tur de cōſecracōne diſtinctiōe
·ij·pro dilectione· Si ſit cleri
cus deponēdus eſt·⁊ in mōſte
rio detrudēdus· Si laycus ex
cōmunicandus·xxvi·q·v· nō
oportet· Tales eciam infameſ
ſunt·⁊ qui ad eos concurrunt
vnde nec ad accuſaciōeꝫ debēt
admitti·ij·queſtiōe·viij· Quiſ
quis nec Item tales ſcdꝫ legeſ
debēt plecti pena capitis Et ſi
accedant ad domum alterius
debent cremari et bona eorum
omnia debent publicari · co di
ce de maleficis·l·nemo·l·culpa
⁊·l·nulla · Contra omnes di
uinatores et maleficos iura ci
uilia ſeuiſſima ſunt·vnde libro
·ix·codice rubrica de maleficis
⁊ mathematicis ⁊ ceteris ſimi
libus ut dicit Aſon in ſūma·di
uinātes circa ſomnia vel i gar
ritu auiū ⁊ in ſilibꝫ talibꝫ nō p
mittitur ad limē alteri⁹ accede
re alioquī cōcrematur nec ali
q̄s deꝫ eos ſuſcipere vel cōſulere

Alioquin deportur in inſulā
⁊ oīa bona publicantur. Qui
aūt arte magica vite innocen
tum inſidiātur aīos mulierū
ad libidinem flectunt. ⁊ hij be
ſtijs obiciuntur ut. l. militi. Itē
nemi permittitur d̄inare alio
qui ſupplicio capitis feret gla
dio vltore proſtratus ut in ſu
pra dictis legib⁹ patꝫ Itē btūs
aug⁹. dic. ⁊ h̄etur. xxvi. q. vij.
nō obſuabitis. vbi enumeāt⁹
multis ſupſtitiōibus ſic cōclu
dit. Qui has ⁊ quaſcūqꝫ diui
nacōnes aut fata aut auguria
obſeruat. aut attēdit. aut con
ſentit obſeruātibus. aut talibꝫ
credit. aut ad domū eorum va
dit. aut in ſuā domū introdu
cit. aut interrogat. Sciat ſe fi
dem criſtianam ⁊ baptiſmum
p̄uaricaſſe ⁊ paganū ⁊ apoſta
tam ⁊ dei inimicū. iram dei gra
uiter i eternū icurrere niſi ecci
aſtica penitētia emēdatus deo
b recōcilietᷣ. ¶ Sed dubitatur
an ſemp ſit pcc̄m mo͛tale talibꝫ
eſſe implicatū ſꝫ. ſcōꝫ quoſdā
ꝙ actū d̄inacionis ⁊ hm̄oi po
teſt q̄s tripliciter exercere Pri
mo ſic ꝙ credat p illū actum
realiter aſſeq̄ qd̄ itendit puta
alicuius amorem vel furti reue
lacōem. vel futui euentus pre
cognicōem de cōtingētibꝫ. Cer
tū ē ꝙ q̄ talia credit cōſeq̄ poſ
ſe p actū illū oportꝫ ꝙ credat
in illo actu aliq̄d exiſtere diui
ni numīs. que aut a d̄o ſolo ex
pectare debemus. aut que ſoli
deo cōueniūt. ut inmutare vo
lūtatem aut cōtingencia futu
ra certitudinaliter p̄dicere Et
tūc talis fidem abnegat ut in
auctoritate aug⁹. immediate
tactū ē. Et ſic de grauiſſimis pec
catis mo͛talibus vnum eſt. qꝛ fi
dem tollit debitam. Secundo
mō ſic fieri pōt ꝙ licet aliquis
nō credat p actū illū realiter
aſſequi quod intēdit tn̄ vult
curioſe expiri vtꝝ aliquid effi
cacie ſit in tali actu vel non Et
hoc iterꝝ ē pcc̄m mo͛tale minus
p̄mo. Racō eſt qꝛ talis eſt du
bius ⁊ fluctuās in fide poſtq̄
cōtra veritatē ⁊ firmitatē fidei
appōit expiri talia que ſcit vel
ſcire deberet p fidē catholicā
eē reprobata. Tercō mō ſi ex
ſola leuitate uł ſimplicitate hec
exerceat nihil tn̄ i hoc credens
eē virtutis ⁊ efficatie nec etiaꝫ
expiri intendit an in hoc aliq̄
efficatia exiſtat ſed ſolum leui
tate ⁊ ſimplicitate hoc fac̄. Et
hoc vid̄r quibuſdā eē veniale
pcc̄m maxime apud laycos ⁊
ydiotas Sed q̄ntum ad cleri
cos qui tenētur hoc ſcire iure
prohibitū. ſemp ē mo͛tale pec
catū. Quia excōmunicādi ſūt
ſcd̄m iura. Excōmunicacō autē
a iure ſolū p mo͛tali infligitur

e ¶Quo ad .iij. dubitatᵣ q̃ ſūt
remedia licita homini pro ad
eptōe bonorum quorumcūq;
et p̄ euitādis malis q̃buſcūq;
ſe quiq;. Prio faciat hō id qđ
pōt ex ꝓpria induſtria. ex ꝓpria
potētia et viriū ſuarum exerci
tacōe. Vñ apſus .ij. cor. ix. iubꝫ
dicens. Habūdetis in oē opꝰ
bonū. Secundo homo recurſū
habeat p̄ conſilio ad alios ho
mines qui ſint in hoc prudētio
res et ſup hoc imploret auxiliū
potētioris ut cum perito in arte
medicandi ſi eſt infirmitas na
turalis. Ideo eccī. xxxviij. Ho
nora medicū ꝓpter neceſſitatē
eteni eum creauit altiſſim⁹ etc.
A deo eni ē oīs medela. Tercō
ſe cōmēdet p̄ribus iuſtorū hu
ius vie. vñ eccī. xxxvij. Cum vi
ro ſācto aſſidu⁹ eſto quecūq;
agnoueris obſeruātem timorē
dei cui⁹ aīa eſt ſcđꝫ aīam tuam
Quarto deuote inuocet ſāctoſ
patrie de quo iob. v. dr̄. Voca
ſi eſt q̃ tibi reſpondeat et ad ali
quem ſāctorꝫ conūtere. Quīto
ad deū immediate p̄ adiutorio
recurrat humiliter. Sicut in ve
teri teſtamēto ſācta virgo ſac̄
fecit Tobie. iij. que ait. Hoc p̄
certo habet oīs qui colit te qꝛ
vita ei⁹ ſi in probacōe fuerit co
ronabitur. Si autē in tribula
cōe fuerit liberabitur. et ſi in cor
repcōe fuerit ad miſericordiā
tuam peruenire licebit. Et ioſa
phat rex iuda in tribulacōne
inimicorꝫ exiſtēs .ij. palip̄. xx.
ait. Cū ignorem⁹ quid agere
debeamus hoc ſolum habemuſ
reſidui ut oculos nr̄os diriga
mus ad te. Et ſi intētū non adi
piſcitur quis p̄ primā viā. ad
dat ſecūdā et ſic ſi oportet ter
tiam vſq; ad vltimā. Vñ ſi per
ſeuerauerit et ſi ad ſalutem eſt
vtiq; exaudietur. aut in ꝓpria
petiti forͣ aut i equalēti. Exēpli
gratia. Si vis carere vicō. aut
occaſione eius. aut habere vir
tutes. deuocōem. et huiuſmōi
ſpūalia bō. Siue habere tēpo
ralia vel carere malis hui⁹ vite
aliq̃bus. p̄mo primum arripe
Secundo ad de ſecūdum et ſic
oīter. Hꝫ alia remedia que
rere ſuperſticōſa illicitum eſt
Sūt aūt tria quibꝫ nō prohi
bemū vti in remediū. Primo her
bis. lapidibꝫ et ſilibꝫ q̃ natura
lē habēt virtutē. de q̃ racō ſcđꝫ
naturales et medicos rddi pōt
vñ btūs Ier. di. et ponitur .xxvi.
q. vij. Demoniū ſuſtinētī licet
petrās et herbas hr̄e ſine incāta
cōe. Itē verbꝫ ſacris q̃ alicuius
autoritatis ſūt et alijs ſacris re
bus. vnde ſi aliquis colligat
herbam medicinalem cum ſim
bolo diuino vel oracōe dn̄ica
vel ſcribat in carta ſimbolum
vel dominicā oracōem et ponat

ſup aliquē īfirmū ut ſici iſtv
tm̄ de⁹ creator omnium bono
retur nō reprobatur dummō
nulla alia ſuperſticio admiſce
atur ut habet̄ in cō̄ſilio marti
ni pap. xxvi. q. v. non liceat.
Tercio i ieiunijs oracōib⁹ ele
moſinis ꝛ alijs opibus q̄ ſunt
de genere bonoꝝ que certum
f eſt placere deo. ¶ Sed dubi
tatur vnde maleſitia efficatiā
habeāt ſꝫ. ex quiqꝫ. primo ex
parua cō̄fidencia quam hoīes
habēt in deū ideo pmittit eos
a demonib⁹ impediri ſcd̄ꝫ illō
ps. Qm̄ in me ſperauit liberabo
eū ſcꝫ iuſtum. Et per argumen
tū a ɔtrario ſenſu q̄ non ſperāt
in deum. demonis ptāti relin
quūtur. Secūdo ex errore q̄
in hominibus eſt cui⁹ pena fre
quēter ē effectus maleficij ſ̄m
illud rō. i. Cum cognouiſſent
deū non ſic deū gloīficauerūt. ꝛc̄
ꝛ obſcuratum eſt inſipiēs cor
eoꝝ. Tercio ut fides pbetur
bonoꝝ ſcd̄ꝫ aug⁹. qd̄ probat
p illud deu. xiij. Si ſurrexerit
in medio tui ꝓpha. aut q̄ ſom
niū ſe vidiſſe dicat. ꝛ predixe
rit ſignū. aut portētum ꝛ eue
nerit qd̄ locutus eſt. ꝛ dixerit
tibi eamus ꝛ ſequamꝰ deos ali
enos quos ignoras ꝛ ſuiam⁹
eis. non audias verba ꝓphe il
lius aut ſomniatoꝛis. Quia tēp
tat vos domin⁹ deus ut palā
fiat an diligatis eum an non
Quarto propter pactū expſſum
vel tacitum cū demoib⁹ initū
ꝛ ſocietatē qualiter fit in omni
ſupſticōe ut dicit aug⁹. de do
ctrina xpiana li. ij. q̄ ſocietas
oīm vt ibi dicit penitus fugiē
da eſt criſtiano. Quīto ex deſi
derio dyaboli q̄ conatur cōti
nue decipere nos. i. pe. v. aduer
ſari⁹ veſter dyabol⁹ tanq̄ leo
rugiens circuit querēs quem
deuoret cui reſiſtite fortes in fi
de. ¶ Dubitat̄ iterū quib⁹ ex g
cauſis demones ſciāt futura in
terdū ꝛ vnde tā miros effect⁹
pñt cū deus permittit efficere
ſꝫ. ſcd̄m aug⁹. li. de natura de
monū. aſſignādo ſimiliter. vij.
cāās non qꝛ futura contigencia
ſciāt ſed cōiecturāt probabili
ter. Prima. qꝛ vigent ſbtilita
te naturali plus q̄ hoīes. Se
cūda. plura ſciūt q̄ nos ꝓpter
experiēciam tēporum. Tercia
propter celeritatē motus de
mon multa futurā pdicere pōt
q̄ hoiem latēt. Quarta. nā poten
tia cum deus permittit poſſunt
morbos immittere ꝛ hos pre
dicere. Quīta. p ſigna futura
pñt pdicere ſubtilius q̄ medi
cus videndo pulſum ꝛ vrinam
nā ſicut medicus videt p ſig
na aliq̄d in infirmo qd̄ homo
ſimplex non vidꝫ. ita demon
qd̄ null⁹ hō naturaliter videt

Sexta ex ſignis que ꝓcedūt
ab aīo hoīs cōiecturāt ea que
ſunt vel erūt in aīa aſtutꝰ pru
denti viro· Sciūt enim qui in
ſtinctus eoꝝ ſunt viſibiliter ſe
cuturi· Septīa acta ꝓphetaꝝ
et ſcripta noſcūt ex quibus fu
tura p̄dicere p̄nt· Et hec tāgū
tur·xxvi·q·iiij· Sciendum·

## Capitulū·x·

a Quo ad primū modū
nōndum ꝙ prout ha
betr·xxvi·q·v· Epi ex
concilio acquirēſi· Tales pſo
ne nō trāſferūtur a demone lo
calit ad loca in quibꝫ ſe dicūt
fuiſſe Sꝫ ipē ſathanas cū mē
tem cuiuſqꝫ mulieris ceperit et
hāc p infidelitatem ſibi ſubiu
gauerit illico trāſfort ſe in diu
ſarū formaꝝ ſpēs et mētē quā
captiuam tenet in ſomnis delu
dēs·modo p leta·mō p triſtia
ymaginarie ſolū deducit non
veracit· Et cum ſola aīa hoc pa
ciatur infidelis·hec nō in aīo ſꝫ
in corpe euenire opiatur· Exē
plum refertur de vetula quam
cū dūtere non poſſꝫ frater pre
dicator ad hāc ex odicto venit
frater qn̄ in cubella ſe trāſiturā
dixit verſus dn̄am herodiadē
vel venerē·nā protunc vetula
ſine motu ſōli dormire cepit·
et cum ſe iā ſomiarꝫ verſus hero
diadem vehi et manus leta ꝑ
icert·verſū eſt ex motu vas et
vetulam cū cōfuſione ad terrā
proiecit· Eadem de cauſa ficta
ſunt interdū et ymaginaria ſo
lum Quādo quedā in quatuor
temporibus ſe in raptu dicunt
videre aīas purgatorij et pluā
alia fantaſmata· Nec mouere
debet ꝙ quarūdam vetularū
pedes protunc aduſti non ſen
tiūt ignem ꝙ demō fantaſma
ta in ymaginacōe mulieris tn̄
to intēdere poteſt ut anima ex
tra nihil ſentiat· Exemplum de
habētibus morbum caducum
qui etiam aduſtionem nō ſen
tiūt in infirmitate ſua·quia aī
ma in interioribus paſſionibꝫ
vel doloribus preſſa: extra nō
ſentit ignem· Item naturaliter
quidē ſpecialiter mulieres que
dam faciliter ex ymaginacōni
bus poſſunt rapi ad intra adeo
ut non ſentiant exteriora ut po
nit exemplū augꝰ·xiiij·de ciui
tate dei de quodam ruſtituto
noīe qui ad modicum alicuiꝰ
gemitū ſe ad interiora cōuerte
re poterat ut nec voces·nec pū
cturas·nec vellicantes ſentirꝫ·
ymo tanꝙ in defuncto nullus
anhelitus ſentiebatur· Quo b
ad·ij·de ſomniis notādum ꝙ
raro aliqs debet tenere de ſom
niis et iudicare· Interdum ta
men poteſt et de aliquibꝫ debet
p̄mū ptꝫ ꝙ cauſe ſomnioꝝ ſunt

tam varie ꝙ pauci ſciāt a quo
fiāt. nā ſcḋm gre. li. iiij. dyal.
aliquādo fiūt plenitudine ven
tris aliquādo vētris a capitis
exinanicōe ꝛ hec expiētia didi
cim⁹. aliqn̄do demonū illuſio
ne ecc̄. xxiiij. multos errare fece
rūt ſomnia. aliquando dei reue
lacōe gen̄. xxvij. ait Joſeph au
dite ſomniū meum qḋ vidi. ali
quādo cogitacōe naturali ſil̄ ꝛ
illuſiōe. vnde eccī. v. vbi mul
ta ſūt ſomnia multe ſunt vani
tates. Et infra multas curas ſe
quūt ſomnia. aliquādo fiūt cō
gitacōe ſimul ꝛ reuelacōe dei
daniel. vij. vbi oſtendit ꝙ ſo
niū pharaonis cepit a cogita
cione ꝛ terminabat̄ in reuela
cōne. Quidā tamē aliqliter ſʒ
caute iudicare poſſunt iter dū
de ſomnijs vt ſi poſt ſomnium
de cruce aqua vel calice exper
tus es tibi tribulacōnem ſepe
ſubſecutā. timere potes ꝙ eue
niat. Et paciēcia ꝛ oracōne ꝛ
alijs te cōtra tēptacōnem pre
parare. ꝛ forte ideo de⁹ reuela
uit. Similiter ſi de extremo
iudicio te ſomnias dampnatū
Poſtea ſcrutare conſciām. ſed
nunꝙ curāda ſunt ſomnia de
theſauris iueniēdis. de inimico
inuadendo ꝛ ſilibus. poſſunt
aūt quītupliciter vt dic. thō.
ſomnia ſigna eē futurorum.
c ¶ Prio quādo ē cā effectus fu

turi ut ꝙ ſomniaſti te iturꝫ ad
eccleſiā certam ideo poſtea va
dis. Secundo ſomniū eſt ſig
num futuri cuius cauſa in ſom
niante eſt ut colera pſſus ſom
niat de nigro ꝛ ſic vtūtur me
dici ſomnijs Tercio interdū
a caſu euenit de quo q̄s ſomni
auit vt de igne ſomniaſti ꝛ ea
dem die a caſu dom⁹ incinera
tur. Quarto quādo impſſio ae
ris vel celi corpus dormiētis al
terat. ſequitur iterdum ſimile
ſomnium vt ſi aer vel celum ē
diſpoſitū influere humide cor
pus facit ſomniare animā de
pluuia. Et ē hoc comune in for
mica muſcis pulicib⁹ ꝛ gallo
ꝛ in brutis alijs que ex talib⁹
immutātur ꝛ iudicāt prudētes
ex talibus quoſdā euētus na
turales. Quinto quādo ab an
gelis bonis vel malis influxus
aliqs de futuro recipitur. tam
ꝙ haberet de ſomnio diſcrecio
nem ſpirituū que ē ſcḋm apo
ſtolū. i. cor. xij. gratia ſpēalis
ſpūſſā: iudicare poſſʒ ꝛ debeʒ
de ſomnio vt ſāctia pphe. Sā
cti inquit gre. vbi ſupra viſio
nes ꝛ reuelacōes qdam itimo
ſapore diſcernūt vt ſciant q̄d
a bono ſpū pcipiāt vel quid
ab illuſiōe patiātur. ¶ Quo d
ad. iij. nōndū ꝙ gene. i. dixit
deus. fiāt lumiaria ī firmamen
to celi ꝛ diuidāt diē ac nocte

⁊ ſint in ſigna glo̅. ſerenitatiſ
⁊ tēpeſtatis. ⁊ tempora glo̅. ve
ris. eſtatis. autūni. ⁊ hyemis
vnde primū miniſteriū quod
faciūt nobis corpora celi eſt ꝙ
faciunt diem ad laborandū ho
minib; ⁊ noctem ꝑ quiete no
ſtra. Secūdo ſeruiūt inq̄tum
ſunt ſigna naturaliū effectuū
ut pluuie ſiccitatis. caloris ⁊ ſi
miliū. ſ; non ſic ſūt ſig̃ eoꝝ q̄
depēdent a libero arbitrio nr̄o
Sic ꝙ aliquis ex eis iudicare
poſſit hūc furem omnino fien
dum luxurioſū ⁊ huiuſmoi. nā
⁊ ptholomeus ait. Sapiens
dn̄atur aſtris. nam hec duꝑli
mode influūt ſcꝫ ꝙ do ꝑuim⁹
vel nō vnde leuic. xxvi. Si nō
feceritis mandata mea ⁊c. da
bo celū vob̄ deſup ferreū ⁊ ter
rā eneā; ⁊ ꝯſumetur in caſſum
labor veſter. Si aūt in precep
tis meis ambulaueritis dabo vo
bis pluuias tēporibus ſuis ⁊
terra gignet germē ſuum. vn̄
ſcd̄m tho̅. libro. iij. contr̄ gen
tiles. Tria ſūt in hoīe vic; cor
p⁹ ſeu corpalia. intellectus. et
volūtas. Item tria alia ſunt in
celeſtibus vic; celū angelus
⁊ deus. Celū ſolū poteſt in cor
pus ut illuminādo frigefacien
do ⁊ calefaciēdo. Angel⁹ bon⁹
pōt intellectū illuīare ⁊ malus
nō pōt intellectui quicꝙ̄ imꝑ
mere. deus ſolus pōt volūtatē

vertere ad placitū. poteſt etiā
in intellectum ⁊ in corpus imꝑ
mere quicquid vult. Quicq̄d
vltr̄ prefata aſtris aſſcribitur
de actib⁹ ad liberum arbitriū
pertinentibus eſt ſupſticoſum
vel ſupſticōni ꝓquinquum
¶ Quo ad. iiij. de ſortibus no e
tādum ſcꝫ tho̅. 2. 2. q. lxxxxv.
ar. viij. Et ſcd̄m nicolaum de
lira ſup illo actu. i. Sors ceci
dit ſup mathiam ꝙ vti ſortib;
ē ex vario euētu ſeu diſpoſitio
ne alicui⁹ rei ſenſibilis ꝓpoſite
determinare aliquod dubium
vel incertū. Sicut ex feſtucis
propoſitis p hoc ꝙ aliquis ac
cipit breuiorem vel lōgiorem
ſeu in proiectōe taxillorum ex
hoc ꝙ aliquis ꝓicit plura vel
pauca puncta vel ex ſimilibus
aliquod dubium inter hoīes
determinatur. ¶ Secūdo no f
tandum ꝙ ſortibus vti contin
git dupliciter. Aliquādo ē ma
lū. aliqn̄ eſt bonū. malum eſt
octo modis. Primo qn̄ q̄s ea
intencōne vtitur ſortibus qua
ſi actus humani qui requirū
tur ad ſortes vel euentus eoꝝ
ſubdātur diſpoſicōni ſtellarū
hoc enim falſum eſt; nō carens
demonum ſuggeſtione. Se
cundo quādo quis expectaret
ſortium iudicium a demonib⁹
qd̄ fit qn̄ ſiūt in quibus veri
ſimile ē demōis ibi eē op⁹. Sic

legitur Eze.xxi. q rex babiloṅ
ſtetit in biuio in capite duarū
viarum commiſcens ſagittas
interrogauit ydola exta cōſu
luit. Tercio quādo q̄s expecta
rꝫ ſorcialiū actuū euentus eueni
re a fortuna ꝛ hoc ſolū locum
haberꝫ i ſorte que vocatur di
uiſoria ut ſi querat̄ iudicio
ſortiū quid cui ſit exhibēdum
ſiue illud ſit res poſſeſſa. ſiue
ſit honor. ſiue dignitas. ſiue pēa
aut aliqua actio. Et talis ſors
nō videtur habere niſi forte vi
tium vanitatis. Sicut ſi aliq̄
non valētes aliquid diuidere
cōcorditer velint ſortibus ad
diuiſionem vti quaſi fortune
exponētes q̄s quā ptem accipi
at ut thō. dicit. ſed nicō. de lira
ſic dicit. ſi diſpoſicō vel euēt9
ſortium expectetur in fortuna
tm̄. nullum eſt vitiū ſi mittāt̄
ſortes ad determinandum in
ter homines quis quā partem
accipiat alicui9 rei ꝛ hoc ex cō
muni cōmittitur ꝯſenſu fortu
ne. Cauſa tn̄ motiua poteſt eē
pccm̄ ut ſi ꝓpter cupiditatem
ꝓpriam vel aliud vitiū nō poſ
ſint concorditer alio mō diui
dere. Quarto qn̄ quis expecta
ret iuditiū ſorcium vel euētuū
ſolū a dō vel a ſanctis angeliṡ
8 ¶ Et licet hoc de ſe nō ſit illici
tū qn̄ fierꝫ in ncāitate ꝛ cū reue
rētia tn̄ ſit quadrupliciter cū
pcō. Primo ſi abſqꝫ vlla necē
tate ad ſortes r̄curratur hoc ei
videtur ad dei temptationem
pertinere vt dicit Ambro. ſup
luc. Qui inquit ſorte eligitur
humano iudicō non dephen
ditur. Secundo ſi quis etiaꝫ
in neceſſitate abſqꝫ reuerentia
debita ſortibus vtatur. vide
ant tales dicit Beda ſup act.
.i. hoc ipōs apl'os non ñ colle
cto fratrum cetu ꝛ p̄cibus ad
deū fuſis egiſſe. Tertio ſi dīna
oracula ad t'rena negotia con
uertātur. vnde aug9. ad inq̄
ſicōes ianuarij hijs q̄ de pagi
nis euāgelicis ſortes legunt ꝛ
ſi optādum ſit q hoc faciant
id ē permittēdum ne mai9 ma
lum fiat ut pocius q ad demo
nia cōſulenda cōcurrāt. tn̄ mi
hi diſplicet iſta cōſuetudo ad
negocia ſcularia ꝛ ad vite hu
ius vanitatē dīna oracula vel
le cōuertere. Quarto ſi electio
nib9 eccleſiaſticis que ex ſpūṡ
ſancti inſpiracōe fieri debēt ali
qui vtātur ſortibus ꝯtra pro
hibicōeꝫ Extr̄ de ſortil'. c. vltīo
nec obſtat q mathias eſt ſor
te elect9. hoc enim adhuc nō
eāt prohibitū. Item cū reuerē
tia ſpēali ſpiritusſancti inſtin
ctu fiebat qd̄ i ꝯñam non eſt
trahēdum. vnde ꝛ beda vbi ſu
pra dato ſpūſancto ſtatī. vii.
dyacones nō ſortibꝫ ſꝫ electōe

h fcā ſūt. ¶ Sortib; tñ licite q̄s
vti pōt quītupliciter. Prio qñ
prefata vitat lic; vtatur ſorte
in tēporalib; dignitatib;. q̄ ta
lia officia ordinātur ad terre
na diſponēda. Secundo in di
uiſione rerum temporaliū. dū
mō vitentur vitia prius tacta
Tercīo quando neceſſitas aliq̄
ab electōe dignitatis eccleſia
ſtice immineret Tunc enim li
citum eſt cū debita reuerentia
ſortibus dīnū auxiliū implora
re. vñ Aug9. in ep̄la ad honoā
tum Si inter dei miniſtros ſit
diſceptacīo q̄ eoꝝ in tēpore per
ſecucōnis maneāt in fuga oim
et qui eoꝝ fugiāt ne morte eo
rum deſeratur eccīa. Si hec diſ
ceptacīo aliter non poterit t̄mi
nari q̄tum mihi videtur qui
maneāt ⁊ qui fugiant ſorte le
gēdi ſūt. Et hoc modo vſi ſunt
ſortib9 ſancti viri qui in vete
ri ⁊ nouo teſtamento legūtur
vſi fuiſſe ſortibus. ſicut ioſue
achor reperit ibidē. vij. Saul
Jonathā. i. regum. xiiij. Et za
charias ſorte exijt luc. i. Quar
to licitum eſt ut dicit Aug9. i.
de doctrina xp̄iana Si tibi ha
būdaret aliquid q̄d oporteret
dare ei qui nō haberet nec duo
b9 dari potuiſſet. Si tibi occur
rerent duo quorum neuter ali
um vel indigentia vel erga te
aliqua necītate ſuperaret nihil
tuti9 faceres q̄ ut ſorte legeres
cui dandū eſſet q̄d dari vtriq;
non poſſet de talib; ſortib9 di
citur prouꝰ. xvi. Sortes mittū
tur in ſinū ſed a dño tēperātur
Quinto ſit licite ſcd̄m innocen
tiū ⁊ hoſtieñ. p litib9 dirimē
dis in hijs q̄ tēpalia ſūt qñ ſit
ſorte ſimplici cū paleis vel hu
iuſmodi: concordat gāfredus.

## ¶ Capitulū. xi.

De alijs aūt ſup̄ enume
ratis modis ſupſticōis
ut meli9 agnoſcant
⁊ vitentur a fidelibus: moue
buntur plures breues ⁊ vtiles
queſtiones numero. xlv. ⁊ ſol
uentur. ¶ Primo tñ nōndū ē a
ſm thō. 2. 2. q. lxxxij. ⁊. lxxx.
iij. q̄ cū ſupſticō ſit religio ſu
pramodum ſuata Supſticō
nis duo ſunt generā p̄ idolatria
ſc; ⁊ diuinacō p quā quis aut
occulta aut futura inueſtiga
re nititur p pacta. aut occulta
aut manifeſta inita cū demoni
bus. Diuinacō autem ut dicit
yſidor9 libro. viij. ethimo. ha
bet plures ſpecies. Et ſcd̄m tho.
numerātur. de quibus infra di
cetur diſtinctius. ¶ Vna eſt b
preſtigiū qua oculi hominū p̄
ſtringuntur Alia ſomniorum
dīnacō. Tertia nigromātia p
quā futura diſcuntur p viuos

ut ꝑ arreptitios ac̄ per phito
nes. Quarta nigromātia qua
adhibitis ꝑcantacōibus quī
buſdam ⁊ ſāguine videt̄ur re
ſuſcitari moꝛtui d̄inare ⁊ ad in
terrogata rn̄dere. Quīta geo
mantia q̄ in materia terreſtri
ſcilicȝ vngue ferro vel lapide
futurā prenūtiantur ꝑ aliq̄s fi
guras vel ſigna īanimata verū
tn̄ ad hoc genus ꝑtinet d̄ina
tio que fit ex ꝯſideracōne eoꝝ
que eueniūt ſerio ꝑ protrc̄tio
nem pūctoꝛum ſed ibi non fit
inuocatio demonū niſi tacita
Sexta ydromātia que in aq̄
idem facit. Septīa aeremācia
in aere. Octaua in igne piro
mātia idem facit. Nona ariſpi
tium ꝑ quod in viſceribus aīa
liū immolatoꝛum ī aris demo
num idē fit. ſcȝ inueſtigacō oc
cultoꝝ vel futuroꝝ. Et ꝑ ōnes
iſtas ſpēs fiūt talia ꝑ expſſam
demonū inuocacōnē. Sequē
tes aūt ꝑ tacitam. Vn̄decia ē
mathēſis q̄ ex ſideribus natiuita
tes hoīm ꝯſiderat ⁊ diuinat fu
tura. Vndecima eſt augurīū
a garritu auiū dicta licȝ ſe extē
dat ad motus vel voces auiū
ſeu quoꝝlibet aīaliū ſiue per
ſternutacōes hoīm fiat vel mē
broꝝ ſaltus. Auſpitiū tn̄ ab in
ſpectione auium dictū ad ocu
los ꝓprie pertinet. Augurium
vero ꝓprie ad garritum auiū

qꝛ in duob9 iſtis pn̄cipaliter
diuinacō in auibus fieri ſolet
Duodecīa eſt omē. ⁊ fit in ver
bis ⁊ cir̄ eadem qn̄ quis verba
hoīm certa ītencōe dicta. alia
intencōe retoꝛquet ad futuꝝ
qd̄ vult p̄noſcere. Hic̄ maxi
mus valerius dicit omniū ob
ſeruacō aliquo ꝯtractu religi
oni innixa ē. qm̄ non foꝛtuito
motu ſed d̄ina prouidēcia cō
ſtare creditur que fecit celos.
Tertiadecima eſt cyromātia
qn̄ alique diſpoſicōnes figura
rū cōſiderātur in aliquib9 coꝛ
poꝛib9 viſui occurrentes ut ex
lineamētis manus cōſideratis
Q̄rtadecima ē ſpatulamantia
⁊ eſt diuinacō facta ī figuris
ſpatule alicui9 aīalis. Q̄ntade
cima ſoꝛtilegiū eſt quod fit ꝑ
ꝯſideracōem figuraꝝ que pro
ueniūt ex plūbo liquefacto in
aquam proiecto. ſiue ex q̄buſ
dam cedulis ſcriptis. vel non
ſcriptis ī occulto repoſitis. dū
ꝯſideātur q̄s quā accipiat vel
etiam ex feſtucis ineq̄libus po
ſitis quis maioꝛem vel minorē
accipiat. vel etiā ex taxilloꝛū
proiectione quis pluā pūcta
proiiciat. vel etiā dum ꝯſidera
tur quid aperienti librū occur
rat q̄ omnia ſoꝛtiū nomē hn̄t
Primo igitur queritur de p̄ c
ſtigijs quot modis oculi ho
num poſſint deludi. Eſt autē

preſtigiū ſenſuum quedā delu
ſio oculoꝝ ꝑſertim. Et dicitur
a ꝑſtringo qꝛ aciē oculorū ꝑ
ſtringit. Dicit pħs. viij. eth.
.c. ix. Ita ꝙ res videātur aliter
eſſe ꝙ̄ ſint. Et ut alexander de
hal. parte ſecūda dicit preſti
giū ꝓprie ſūptū ē illa illuſio de
monis que nō habet cauſā ex
parte mutacōnis rei ſed ſolū
mō ex parte cognoſcentis qui
deluditur ſiue ꝙ̄tum ad interi
ores ſenſus. ſiue ꝙ̄tum ad ex
teriores. ſʒ alexand. de halis.
d parte ſecūda ¶ Et tribus mo
dis i genere pōt fieri preſtigiū
vna deluſio namqꝫ fit abſqꝫ de
moibꝫ ꝗ artifitialiter ſola vicꝫ
agitacōe hoim oſtendētium ꝛ
occultātium. Sicut fit in traie
ctōibus ꝑ ioculatores vel per
mimos. alius modus fit etiā ſi
ne virtute demonū ꝗ natualiť
virtute quorūdam corporum
mineraliū que qui habēt pn̄t
ſcdm quādā virtutē huiuſmo
di corpoibus inditā rem oſtē
dere vel facere apparere non ſi
cut eſt. vnde ſcdm thō. prima
parte. q. Cxiiij. ar. iiij. Et ſcdꝫ
alios plures. Quedam herba
accēſa fumigās facit trabes ap
parere ſerpētes Terti9 modꝰ
deluſionis ē qui fit ꝑ demones
deo tn̄ ꝑmittēte. habēt eni de
mones quandā poteſtatē ex
ordine nature ſup quaſdā res

inferiores quā pn̄t exercere cir
iſtas res qn̄ de9 ſinit ¶ Et tūc e
etiā res apparent aliter ꝙ̄ ſint
pōt eni demō quinqꝫ modis ali
quē illudere ꝙ iudicat rē aliť
ꝙ̄ eſt. Primo modo artifitiali
traiectione. Secūdo naturali
applicacōe alicui9 rei de quib9
dictū eſt qꝛ ptātē in hoc habꝫ
pl9 ꝙ̄ hō ꝛ ſciētiam ꝛ cū de9 ꝑ
mitit exequi. Tercō modo pōt
in aſſumpto corpe ſe oſtendē
eſſe aliquā rem q̄ non eſt ut la
ctucā Sic accidiſſe vid̄r moni
ali. de q̄ refert greg̃. i. li. dyalo
goꝝ vel in maſſa auri ut de btō
anthōio factū legitur. vel lupū
ut infra dicetur ſe oſtēdere pōt
Et ſic tegere rē alienam ſuo aſ
ſūpto corpore Quarto pōt tur
bare organū viſ9 ut videatur
res nubiloſa que ē clara ꝛ hu
iuſmōi Sicut etiam poſt fletū
lumen apparet aliter ꝙ̄ ante.
Quīto modo in ymaginatiuaꝫ
potentiam operando trāſmuta
cione ſpērum ſenſibiliū ſcdm
thō. vel humores varios mo
uēdo ut appareāt ignea vł aq̄a
ꝛ huiuſmoi. Sicut in melāco
licis naturaliť fit vel in mania
cis. ¶ Queſtio. ij. vnde proue f
niāt res viſe q̄s vidēt virgines
in ſpecuł vel vnguibꝫ malefico
rum ad furta ſublata ꝛ huiuſ
modi repienda. Et cur maleſi
ci pocius recipiunt virgines

mares vł femias ꝙ corruptoꝛ
Re. ſcđꝫ wilħ. pariſieñ. ī vltia
parte de vniuerſo ꝙ opere de
monū fit ꝑ modum vnum vel
plures p̄cedēti dubio expſſoꝛ
virgines aūt tm̄ ad hoc ydo
neas demō mētitur triplici de
cauſa licet corruptis idē oſtē
dere valeret. Prima ut fingat
falſo ſe caſtitatē amare quam
odit ꝙ caſtiſſimam virgineꝫ
ſūme odit que cōtriuit caput
eiuſdē ſerpētis. vñ inſidiatur
calcaneo eius. vñ deus ait ſer
penti inimicitias ponā inter te
ꝛ mulierē ꝛ ſemen tuū ꝛ ſemē
illiꝰ ipſa conteret caput tuū ꝛ
tu inſidiaberis calcaneo eiꝰ geñ.
iij. Secūdo ut ſic animas ma
leficoꝛum ꝛ eis credentium de
cipiat ad amicitiam demonū
inclinatas per infidelitatis vi
tiū ſub ſpē boni non ſub ſpē ma
li. Tertio ut coꝛpora ſic ledat
innocentum vel minus vicijs
infectoꝝ. nam poſtea ut per ex
perientiam patꝫ tales habent
viſum frequēter hoꝛribiliorē
ꝙ antea ex veſtigijs demonū
relictis in oculis vel facie vidē
g tis. ¶ Queſtio tertia an veri
tas aliqua ſubſit hijs q̄ dicū
tur de mōte veneris. vbi cum
pulcherrimis feminis dicuntur
quidā frui luxuria ꝛ voluptate
ad placitum Rñdet wilħ. vbi
ſup̄ li. de vniuerſo ꝙ fictitiū ē
totum. licꝫ demonū opere ta
les homies illudātur modis ta
ctis in primo dubio ut in veri
tate eis fieri videatur qđ tm̄ i
apparētia fit. vnde refert ꝙ q̄
dam miles ſe ſic putabat frui
q̄dā femina luxurioſe. q̄ euigi
lans ſe reperit in luto quodaꝫ
realiter amplecti quoddā ca
dauer moꝛtue beſtie. ¶ Que h
ſtio quāta an veritas ſit qđ q̄
dā in linea reni bagute famāt
ꝛ eis credētes de quodā mō
te circa bernēſe opidū. ī quo
referūtur eſſe abſcōditi in an
tro viri ꝛ femie deuotiſſime vi
uētes nullam cōmunionē ha
bētes cū alijs fidelibus niſi ꝙ
in feſtiuitatibꝫ ꝓ ſacramentiꝯ
recipiēdis trāſferūtur ꝑ aera
ad quoſdam ſibi notos preſ
biteros in parrochijs. Rñſio
ꝙ demonis opera iſta ſūt ꝓut
ſūditꝰ inueſtigaui. ꝛ laquei
innocētum ſicut in precedēti
bꝰ duobꝰ dictum eſt dubijs
Noui eni quādam deuotam
ſcīmonialem quam dyabolꝰ
quidā multo tēpoꝛe ipugna
uit etiā viſibiliter. q̄ hanc de
mōſterio conabatur educere
illeſā ſub tali de quo queitur
mēdacō ſed mentita eſt iniqui
tas ſibi. nam ipā reſtitit de cō
ſilio prudētum ꝛ demonem
non curauit. ¶ Queſtio qīta i
q̄d ſentiēdū eſt de nocturnis

exercitib; qui aliqn̄ dicūtur vi
deri ⁊ vnde ꝓueniāt tales ap
parētie· ⁊ cur apparent· ſꝫ ſm
willɦl· vbi prius· Et ſm tho·
in·iiii·di·xlv· Ad aliqn̄ viuēti
bus tales apparent· Et pōt cō
tigere ꝙ ſeptem modis fit ap
parentia taliū exercituū· aliqn̄
opere ⁊ pn̄tia bonorū angelo
rū· ſicut helizeo factū ē in adiu
toriū ↄtra ſiros eū capē volē
tes·iiij·regū·vi· aliqn̄ ſiūt exer
cit⁹ demonū ab eiſdē viuos de
ludere volētes. Sicut rex demo
nū cū ſuis apparuit btō marti
no in ſpē xpi martinū coronaē
geſtiēs ꝓ meritis · Ita in vitaſ
patrū de quibuſdā legitur Itē
i libro dyalogoꝝ btī grego·
de congregacōe demonum iu
dicia inter ſe diſcernētium ſup
reos legim⁹· aliqn̄ fit apparen
cia ſanctoꝝ in patria exiſten
ciū q̄ ꝓpria virtute ad viuos
veniſſe legūtur eis in adiutoriū
Sicut ſāctus felix martir qui
ciuib; nolanis apparuit a bar
baris obſeſſis· Et idem creden
dum eē de aliis ſanctis ꝑut au
guſ· recitat libro de cura ꝓ mor
tuis habenda· aliqn̄ fit ab aīa
bus que ſunt in purgatorio ut
ſuffragia expctāt ut btūs gre·
iiij· dyalogorū probat multi
pliciter· Et wilɦ· ſimiliter· ali
qn̄ fit ab aīab⁹ damnatis ad
erudicōem hoim ⁊ ad terrorē

aliqn̄ fieri poteſt erudicōne ⁊
immiſſione bonoꝝ angelorū
in ſpiritū viuentis alicui⁹ ſine
reali apparentia · aliqn̄ etiā fie
ri poteſt mera decepcōe demo
nū ſicut in primo dubio dictū
eſt· Ex quo patꝫ falſum eſſe ꝙ
damnate aīe nunꝙ̄ infernum
exeant· ymo hoc aliquādo fit
dicit ſāctus tho · ſed pro tunc
damnacōnem ſecum ferūt· vn̄
dicit thō· etiam modum quo
iſte apparicōes fiunt aſſignan
do · Quāuis inquit anime ſan
ctorum vel damnatoꝝ preſen
tialiter aſſint vbi apparēt· nō
tamen credendum eſt hoc ſem
per accidē· aliquando eni hu
iuſmoi apparicōes fiūt vł i dor
miēdo vel in vigilādo opacōe
bonoꝝ vel maloꝝ ſpirituū ad
inſtructōeꝫ vel decepcōeꝫ viuē
tiū Hic etiā ⁊ viui hoīes aliqn̄
aliis apparēt ⁊ eis multa dicūt
i ſonnis cū tn̄ ↄſtet eos non eē
pn̄tes· ſicut aug⁹·ꝑ multa exē
pla ꝓbat in li· de cura ꝓ mortu
is hnda· ¶ Queſtio·vi· an verꝫ k
ſit ꝙ aliq̄ hoīes ſint ſilueſtres
ſꝫ· albt⁹ i de aī· ꝙ ſic vel ſalteꝫ
mōſtr̄ hoim ſūt Hūt ei in qn̄
tuplici drā q̄ in ſiluis apparēt
i hūana ſpē aliqn̄· aliquādo vi
hoīes rōnales · ſic pluēs prēs
ſācti legūtur i vitaſprm nudi
⁊ pſuti quodāmō vel tecti fo
liis heremiticā vitā ſoli duxiſſe

Et aliqñ ꝑ beſtijs a tyrãnis a
caſu in retibus ferarũ capti. ali
qñ do ſũt mõſtra quedã in hu
mana natura racõnalia tamen
ſic ſatiri q̃le vidit btũs antho
ni⁹ cũ paulum p̃mũ heremitã
queſiuit. Sicut ſcribit btũs
iero. Ait enĩ ſatirus ille ad an
thoniũ. mortalis ego ſum vnus
ex accolis heremi legacõne fu
gor gregis mei. p̃camurq; ut
comunẽ dñm ꝑ nobis dep̃ceis
quem ꝑ ſalute mũdi olim veniſ
ſe cognouim⁹ ⁊ i omnem ter
ram exiuit ſonus eius. Erat au
tem homũcio ad vncis narib⁹
fronte cornib⁹ exaſpatus cui⁹
extrema pars corporis in cap̃
rum fines deſinebat. Aliqñ ſũt
qui apparẽt veri hoĩes. ſed ne
glecti⁊ velut beſtie facti. Sic
hodie ſunt cir̃ terrã galecie in
hiſpanijs inſulis hoĩes dome
ſticos fugiẽtes velut fere ut do
cet experiencia. de talibus etiã
videtur fuiſſe mas ⁊ femĩa cir̃
ſaxoniam capti per venatores
de quib⁹ refert alb. in de aĩl. ꝙ
oĩno ſpẽm humanam videbã
tur habere. ſ; velut moriones
eſſe videbãtur. vir enĩ viu⁹ ſ;
femĩa mortua capiebatur. ali
qñ ſunt pigmei q̃d aĩal ſcd̃m
alber. vbi pri⁹ ẽ multum ſimile
homini q2 erecte incedit. mani
bus vtitur ad opera quedam
loq̃tur lĩgua. Et tñ ſimplicit̃
plus ẽ beſtia ꝙ ho̅. licet ſit no
bili⁹ aĩalium infra hominẽ. ali
quãdo etiam demones i ſiluis
apparẽt ee̅ hoĩes vel femĩne ut
decipiant incautos. Sicut cõ
muniter legitur in vitas patrũ.

¶ Queſtio. vij. an verũ ſit ꝙ
malefici poſſint facere vera aĩa
lia arte ſua. Re. ſcd̃z alb. vbi ſu
pra. ꝙ ſic deo ꝑmittẽte. aliqñ
do iꝑfecta quedam aĩalia ꝑcu
rare poſſunt fieri nõ in inſtãti ſi
cut deus facere poteſt. ſ; motu
quodam licet ſubito. ſicut pa
tet de maleficis ſcd̃m aug⁹. Et
exod. vij. vbi glo̅. ſtrabi ſuper
iſto vocauit pharao ſapiẽtes
dic̃. ꝙ demões diſcurrũt ꝑ mũ
dum ⁊ colligũt diũſa ſemina
⁊ ex eorũ adaptacõe pñt pro
rũpere diuerſas ſpẽs. Et gloſa
ibidem ſic dicit dũ ꝑ incãtatio
nem demonũ malefici aliquid
efficere conãtur diſcurrũt per
mũdum ⁊ ſemĩna ſubito eorũ
de quibus hoc agitur afferũt
⁊ ſic ex illis permittẽte deo no
uas ſpẽs rerũ producũt. licet
ergo demonũ ope fieri poſſunt
deo permittẽte vera talia nõ il
luſoria id ẽ ſolũ apparẽtia tamẽ
talia dicuntur ſigna mendacia
ſemper. q2 demones talia ſolũ
⁊ principaliter faciunt ad ſedu
cendum homĩes videntes ꝑpter
q̃d. ij. theſſ. ij. dic̃. apſus de an
tixp̃o. ꝙ aduentus eius erit

ſcd̄m opacōem ſathane in om
ni virtute ⁊ ſignis ⁊ ꝓdigijs
mēdacibꝫ. ſancti aūt miracula
dei virtute increata impetrant
vtilia fidei ⁊ inſtātanee cū pla
m cet altiſſimo. ¶ Queſtio. viij.
an ope demonū trāſfoꝛtiones
pn̄t fieri hoim in beſtias. ſicut
in lupos ⁊ huiuſmoi. ſꝫ. ꝙ nō
vn̄. xxvi. q. v. Epi ex ↄſilio acq̄
renſi ſic dicitur. Quiſquis cre
dit poſſe fieri aliquā creaturā.
aut i melius. ā in deteri⁹ immu
tari. aut trāſfoꝛ i aliā ſpēiē vel
in aliā ſimilitudinē ꝫ n̄ ab ipſo
creatoꝛe qui oīa fecit ⁊ ꝑ quē
omnia facta ſūt proculdubio
infidelis ē ⁊ pagano deterioꝛ
Idēlate oſtendit btūs aug⁹.
de ci. dei li. xviij. c. xvij. Vbi oñ
dit ꝙ demones faciūt tales trāſ
foꝛmacōnes non realit̄ ſed vi
ſum hūanū decipiendo. Sicut
oſtenſum eſt dubio pmo mul
tis modis. vn̄ Aug⁹. ibi dicit
ꝙ famoſiſſiā maga circes mu
tauit ſocios vlixis i beſtias Et
quedā ſtabularie mulieres cō
uertebant hoſpites ſuos in iu
mēta onera poꝛtantia. Refert
etiā ſocios dyomedis in aues
ↄuerſos ⁊ poſtea lōgo tpe cir
ca tēplū dyomedis volabant
Et qd̄ pſtāti⁹. narrauit de pa
tre ſuo vāciter qui dicebat ſe
caballū fuiſſe ⁊ annonam cum
alijs aīalibus baiulaſſe. Nam

ut aug⁹. ibidē ſoluit in primo
ſola apparētia fuit ⁊ oculorū
decepcō. in ſecūdo ⁊ quarto ve
ra onera fuerunt que demones
inuiſibilit̄ pſentes poꝛtauerūt
In tercō vero ſocij dyomedis
ꝑ demones fuerūt de medio ſu
bito ſubtracti ⁊ aues vere loco
eorū immediate poſite que ibi
volauerūt. in nullo aūt predi
ctoꝛum de hoīe vere factū fuit
irrationale aīal ſꝫ ſolum appa
renter. dicit tamē thō. i. pāte
. q. Cxiiij. ar. iiij. Qd̄ oēs tranſ
mutacōnes coꝛpoꝛaliū rerum q̄
poſſunt fieri ꝑ aliquas virtutes
naturales ad quas ptinent ſe
mina que in elemētis hui⁹ mū
di inueniūtur. poſſunt fieri per
operacōnes demonū huiuſmo
di ſeminibꝫ adhibitis. Sicut
cū aliqua res tranſmutatur in
ſerpentes. vel ranas que per pu
trefactōem generari poſſunt.
Ille vero trāſmutacōes coꝛpo
ralium rerum que non poſſunt
virtute naturē fieri nullo modo
operacione demonum ſcd̄m rei
veritatē perfici poſſunt ſicut ꝙ
coꝛpus humanum mutetur in
coꝛpus beſtie. aut ꝙ coꝛp⁹ ho
minis moꝛtui reuiuiſcat. Qd̄ ſi
fieri videatur apparētia eſt ſicut
oſtēſū ē q̄ſtione pma. ¶ Que n
ſtio nona vnde ergo ꝓuenit ꝙ
quidā lupi tā crudelit̄ aſtute
et particularit̄ hoīes comedūt

ſꝫ.ſcd̉m alb᷒.in de aīalibꝫ ⁊ ſm
alios ꝙ ex ſeptem cauſis pro
uenire pōt.Aliqñ ꝓpter famis
augmētum.Sicut ⁊ cerui ali
qñ ⁊ alie beſtie hoībus appro
pinquāt.aliqñ ꝓpter ferocita
tem viriū.ifrigidis enim regi
onibus ſunt corpore minores
⁊ magis aſperi ⁊ feroces.Hic
eciam tēpore coytus ⁊ qñ ha
bent catulos ut Ariſtote.dicit
li.de aīalibꝰ ſūt magis ſeui ſic
canicule aliquādo ꝓpt̉ aſtutiā
⁊ ſenium.lupi eni ꝙ̃to ſunt
ſeniores.tāto deteriores ⁊ no
cent hoībus qr non poſſunt ve
nari beſtias propt̉ etatē ⁊ dē
tes eorum ꝯſtringūtur.aliqñ
propter expientiā hūanarū
carniū que qr optīe ꝯplexio
nate ſunt p oñs dulciores ſūt
Vnde ſicut voluptas leccato
rē trahit ad voluptuoſū cibū
ſic hūane carnes a lupis.aut
in ſepulchro.aut poſt bellum
hoīm vel alio mō guſtate.ali
qñ propter cerebrū rabidum
Effitiuntur enim ſicut canes ra
bidi.⁊ tūc quecumqꝫ īuene
rit trucidāt.ſicut ⁊ canes ali
ꝗ̃ aliqñ propter opacōem de
monū ut hoīes credāt hoīes ⁊
vetulas falſo ī beſtias mutaī ſi
cut pagani putabāt.vnde de
monis opere potuit illud fieri
qd̉ refert vincē.in ſpeculo hi
ſtoiali li.vi.c.xl.in gallia inꝗ̃t
ante xp̄i incarnacōem ⁊ ante
bellum punicū.lupus vigili e
vagina gladium abſtulit.Et
willh̉.vbi ſupra refert de quo
dā viro ꝗ̃ ſe conuerti putabat
in lupū certis tēporibꝰ quibꝰ
in antris latitabat.illuc enim
certo tēpore iuit ⁊ ope demo
nis velut dormiēs iacuit.⁊ ſibi
interim cū ſixus maneret vide
batur ꝙ lupus ipſe factus cir
cuiret pueros deuorādo.Et cū
illud realiter ſolū demō quēd
lupum poſſidens faceret pu
tabat falſo ſe ſomnians circui
re.quo modo tam diu demen
tatus eſt vir ille quouſqꝫ īuē
tus ē iacere in ſilua raptus mē
taliter.aliquādo etiā ſit propt̉
occultum vel manifeſtū dei iu
diciū ꝙ demonū vel diuino in
ſtinctu lupi propter pccā pn
tum vel puerorꝫ tales dampni
ficāt ſicut factū eſſe legimus de
.xlij.pueis qui deridendo heli
ſeū dicēdo.aſcēde calue aſcen
de calue a duobꝰ vrſis de ſilua
exeūtibus ſtatim iugulati ſūt
.iiij.Re.ij.Et de leone qui pro
phetā dei iuſſum nō iplentem
occidit.iij.re.xiij.Hic etiā ut
in hiſtorijs legimꝰ tpe Auiti
ep̄i vyeñ.letanie minores.q̄
ante aſcenſionē dñi celebran
tur triduo īuēte ſūt qñ lupi
c̄itates intrātes ibi hoīes vora
uerūt publice hec deꝰ omiatus

eſt leuitic·xvi·dicens· Si nō fe
ceritis mandata mea·emittā
in vos beſtias agri que conſu
mant vos ⁊ pecora veſtra· Et
deu·xxxij· Dētes beſtiarum im
mittam in eos cū furore trahē
tium ſup terrā atqꝫ ſerpentum
Quod oſtēdit de⁹ effectu·iiij·
reg·xvij·quando leones immi
ſit qui deuorabant ydolatras
in terram ſamarie loco veroꝝ
o dei cultorum poſitos· ¶ Que
ſtio decima· q̊d de raptis femi
nis in angaria et alias q̄ reſti
tute ſēſibus mira dicunt de ani
mabus in purgatorio·in infer
no·de furtis perditis ⁊ ſiſibus
Re·ꝙ ſupſticiōſe agunt iſta ope
re demonum deluſe·ſicut in pri
ma queſtione dictum eſt·nec
obſtat ꝙ cādela aduſte nō ſen
ciāt qn̄ ſūt in raptu·q2 dyabo
lus mentē interiorē ſic ſtrīgit
ꝙ exterius nihil ſentiūt· Hic
fit aliqn̄ in melācolicis vel etiā
naturaliter· Sicut de q̊dā vi
ro noīe reſtituto r̄fert beatus
aug⁹·de ci·dei·q̄ qn̄ voluit ra
piebatur a ſenſibꝫ adeo ꝙ eti
p am vellicātes nō ſēſit· ¶ Que
ſtio·xi· Vtrū demones ſint q̄
nocturno tēpore i collis eq̊ꝝ
quaſi ſtrepas faciūt de crini
b⁹ vbi gutte ceree reperiūtur
⁊ pluā i ſtabulis beſtiaꝝ face
re videntur· Re wilh·ꝙ ſic niſi
hoīes talia ex aſtutia facerent

artificialit̄· ¶ Queſtio·xij·vtrū q
demonum opere capſiōes pue
rorum fiant· Hic ꝙ infantes
ponantur q̄ nō impinguantur
ſꝫ ſemp miſeri ſūt· Rn̄det wilh·
ꝙ ſic·quando parentes infan
tes non oracōibus ⁊ cruce mu
niūt· Tunc enim demō vicem
infantis gerere poteſt vel tran
ſlacōnem facere deo permitten
te·vix tn̄ talia ſunt credēda fie
ri ope demonum niſi iratorum
iudicia aſſint· ¶ Queſtio·xiij· r
vtrum demon localiter poſſit
trāſferre aliquem hoīem de lo
co ad locum inuitum· Rn̄det
wilh·ꝙ ſic· Sicut etiam bon⁹
angelus tulit in cicinno capi
tis abacuck de iudea i caldeā
Exemplū aliud habes dubio
iij· Sed ut in precedenti du
bio dictū eſt ⁊ in ſolucōe p̄mi
dubij credēdum eſt talia ſolū
ut plurimū in ſpiritu id eſt in
ymaginatia hoīs fieri nō rea
liter n̄ forte raro ut tenet dn̄s
albtus ⁊ vlricus in ſuma· Rō
aūt aliquādo corporaliter fiat
⁊ localit̄ patꝫ de puero qn̄quē
nī cuiuſdam nobiliſſimi viri q̄
puer monachus ptūc factus
a monaſterio nocte illatus eſt
piſtrino clauſo vbi repertus
maē ſe p quoſdā dixit ad mag
nū conuiuiū delatū ⁊ ut comede
ret iuſſum et p ſupiora piſtri
no immiſſum ut r̄fert pe·damiāi

Et hētur in ſpeculo hyſtorial
li.xxvi.c.lxiiij.q̄ aūt aliqui ma
leficiati vel amore mulierꝝ cap
ti dicunt ſe non poſſe cōtinere
qui oporteat eos currere ad a
maſias.verū eſt in parte ⁊ in
parte falſum.nā ſi dei gratiam
vellent inuōre ⁊ facere quod
in ſe eſt ut cōterentur de pccīs
deus illa eis dimitteret ⁊ gra
tiam infūdendo robur reſiſten
di demoni tribuerꝫ.Et ſic eos
ad peccādū nemo poſſꝫ coge
re vel moueʳ ſōliter. Sꝫ ſi illa
rēnuunt.non mirū eſt ſi in po
teſtate demonis poſiti eoꝝ do
min⁹ eis dn̄atur dyabol⁹ vel
voluptatis appetit⁹.dic̄.ei bea
tus aug⁹.i omeli. ſup illo ver
bo ioh.vi.nēo pōt venire ad
me ñ pater meus traxeit eū tr̄
hit vnūquē qꝫ ſua voluptas.
oñdis oui viridem ramum ⁊
te ſeq̄tur.nullo ſcꝫ corpaliter
trahēte.Hic criſoſ.dicit ſuper
math.xx.de aſina quam xp̄us
eq̄tauit.q̄ cū demon volunta
tem hoīs peccato poſſidet.qua
ſi ad libitū trahit quo placet
Exēplum dans de naui in ma
ri perdito gubnaculo que ad
venti libitū ꝑicitur.ita equo
potēter inſidens.ita rex tirāni
habens poſſeſſionem ¶Que
ſtio.xiiij Quis faciat illos ſtre
pitus.⁊ luſoia illa que audiū
tur aliqn̄ ⁊ videntur ut in in

quieta cōmib⁹ domoꝝ noctur
nis vbi proiciūtur lapides vel
inquietātur pulſu hoīes vel vi
dentur incēdi fantaſtici ignes
vel alie ludicre operacōnes ſ.
ſcdꝫ wilh.⁊ Caſſianū in coll.
pᵐm Rn̄ qꝫ illa fiunt ⁊ ſepe ope
re demonum taliū qui pl⁹ no
cere non pn̄t hoībus niſi in ta
libus ꝑtāte diuina ligati.ridi
culoſi enim tales inutiles effe
ctus demonū malignoꝝ opa
oſtendunt.Aliquādo fiūt ſtu
dio malignoꝝ hominū qui do
mos volunt euacuari hoībus
vel lucrari tēporalia ſub titulo
falſo apparenciū aīaꝝ vel ſub
illo p̄textu introducere luxuri
am vel furtū cōmittere.aliqn̄
eciam fiei poſſunt ex curioſita
te hoīm volencium terrere pro
ximos ioco.vel ex fantaſticis
⁊ melācolicis debilitatibꝫ ꝑut
ex ꝑiēcia docet in prefatis eos
qui mundum immundum no
uerūt.Aie enim ſiue ſint dam
nate ſiue in purgatorio ſiue i
celo nullaten⁹ ſūt credende ta
lia facere.qꝛ primis nō legit̄
admiſſum.reliquis qꝛ in cari
tate ſunt:iſta truſatoria inuti
lia non ꝯueniūt.vnde nō ē du
biū qui demones aliqn̄ tales
etiam inq̄etudines faciant ut
error paganicus redeat quo
credebatur aīas defūctoꝝ cir
tumulos vel cir̄ aras hītare

non in inferno·ſi aūt adeſſent
anime de purgatorio tales ve
riſimiliter aut vtilia opera vel
ſalubria facerent ⁊ oſtēderēt
aut auxilia a viuis peterēt·Si
cut beatus greg̃·poit exemplū
t in·iiij·dyalogorum·¶ Que
ſtio·xv·An demones poſſint ⁊
audeāt grauiter homines lede
re·Reſpōſio ſcdm thō·ꝙ ſic poſ
ſunt enim deo pmittente quin
tupliciter ledere·vicȝ in rebus
fama·corpore·vſu racionis·et
in vita·De rebȝ patet iob·i·et
ij·cui pecora·domū abſtulit et
liberos De fama patet in legē
da beati iero·ut refert Ioh·an
dree i iheromiano ꝙ dyabol⁹
ſe transformauit in formā ſan
cti ſiluani epi i nazaret amato
ris iheronimi Qui demō pmo
feminā nobilem nocte in lecto
procare ⁊ prouocare cepit ad
luxuriā verbis ⁊ deinde fact⁹
ſolicitauit ad malū·que tamē
clamaret demon in ſpecie epi
ſācti ſub lecto femine ſe ab ſcō
dit vbi requiſitus ⁊ inuentus
p luxurioſa verba ſe mentitus
eſt eſſe epm ſiluanū In craſti
num igitur ſanctus vir diſpa
rente dyabolo diffamatus eſt
grauiſſime que infamia tādem
circa ſepulchrum ſancti ihero
nimi fatente dyabolo in obſeſ
ſo corpore purgata eſt De cor
pore patet in beato iob·qui p
cuſſus eſt a demone vlcere peſ
ſimo iob·ij·De tali rfert ſigib
tus·⁊ vincentius in ſpeculo hi
ſtoriali libro·xxv·c·xxxvij·ꝙ
tempore ludowici ſecundi impe
ratoris in parrochia magunti
na quidam demon primo ſepe
lapides iecit ⁊ quaſi mallio ad
domos pcuſſit·Et deinde publi
ce loquēdo furta prodēdo ⁊ diſ
cordias ſeminādo plures inq̄
etauit·deinde oēs cōtra vnum
irritauit cui⁹ hoſpitium vbicū
qȝ manebat incēdit ⁊ ob illi⁹
peccata omēs pati affirmauit·vn
de tādem tm̄ agros pro hoſpi
tio habere potuit ꝓpter quod
cū preſbiteri letanias celebra
rent multos lapidum iactibus
demon vſqȝ ad cruentacōem
leſit·aliquādo quieuit·aliquā
do ſeuit ⁊ p trienium iſta conti
nuauit·quouſqȝ ibidem omia
edificia incendio ꝯſumpta fūt
De nocumēto vſus racōnis ⁊
vexacōne interiorum ſenſuum
patet in poſſeſſis ⁊ arreptitijs
p euāgelicas etiam hiſtorias
De morte ⁊ ꝙ vita etiā quoſ
dam priuet patet Tobie·vi·
de ſeptē viris ſare virginis oc
ciſis qui ꝓpter luxurioſum ef
frenem appetitum i virginē ſa
rā eiuſdē non erāt digni matri
monio ¶ Queſtio·xvi·vtrū ma v
leficia poſſint veracit̃ ſuis male
ficijs homiēs ledē·⁊ ſi ſic qb⁹

modis. ⁊ quibus rebus. dicū
tur aūt malefici ut dicit yſid.
.viij. ethimo. c. ix. ob facinoꝝ
magnitudinē hij elemēta ſb
dit ꝯcutiunt ſcꝫ opere demonū
turbant mentes hoim ac ſine
vllo veneni hauſtu violentia
tm̄ carminis interimūt ut luca
nꝰ dic. hec yſidoꝛꝰ ꝯ fe. ſcd̄ꝫ tho.
in. ij. ar. diſ. vij. ⁊. viij. ⁊ in. iiij.
diſ. xxxiiij. Et cōmuniter ſcd̄ꝫ
omnes theologos ibidem ſcri
bētes ꝙ malefici oīb; iſtis mo
dis poſſunt procurare leſiōes
in hoibus ⁊ eoꝝ rebus coope
rāte demone in quibus demon
pōt ſolū ledere vel decipe de q̄
bus modis iam dictum eſt a
principio huiꝰ matie de ſup
ſticōnibus preſerti queſtione
immediate precedēti vicꝫ. xv.
de hoc etiā infra dicetur. non
aūt fatiūt iſta immediate ma
leficoꝝ opera actione ꝓpria ⁊
immediata ſꝫ talia fiunt per de
mones qui viſis maleficijs im
mediate ex pacto dudū cū ma
leficis a principio mundi ⁊ tē
poꝛe veteris ydolatrie habito
ſciunt qualē effectū debent ad
intencōnem maleficoꝝ procu
rare ut exēpli gratia. Hec opa
quā malefica intingit aque ut
pluat nō cauſat pluuiā ſed de
mon talibꝰ viſis qui ſi deus ꝑ
miſerit ꝑtātem habet in omia
corpalia ⁊ in aerem ventos ⁊
nubes. ut ſtatī talia procurare
⁊ cauſare valeat. maga ſiqui
dem ſignū dat ꝑ ſcopā. ſed de
mon illud procurat ⁊ agit ut
pluat ꝑ demonis actionē. cui
maga mala fide ⁊ opere ſeruit
⁊ ſe tradidit obſequijs illius
vel alijs. Hic qn̄ ymaginē ce
reā vel ſilē ad maleſitiēdū ali
quē. maleficus facit. vel quādo
maleficō alicuiꝰ in aq̄ vel plū
bo ymago appaꝛꝫ quicq̄d mo
leſtie infertur tali ymagini. ta
le expitur fieri ymagiato id ē
hoi maleſitiato. puta pūctura
vel alia leſura quecūqꝫ. que le
ſio realiter q̄dē infertur yma
gini ꝑ maleficiū vel ꝑ aliū ho
minē ſed inuiſibiliter demon
maleficiatū hoiem eodem mō
ledit. dei permiſſione ſi deme
ruit reus. Queſtio. xvij. an
licitū eſt talia maleficia tollē
Rn̄z. ſcd̄m doctores ſub diſtin
ctōne. aut tolli pn̄t ſine ſupſti
cōſis modis ut ꝑ licitū exorciſ
mū ā pez oracōeꝫ vel iterceſſio
nem ſctoꝝ. vel ꝑ ſacramēta
lem maleſitiati ꝯfeſſionē vel ꝑ
preſciſam oſtenſionē ſeu indi
cacōnem alicuiꝰ qui ſcit vbi ē
ymago. vel ꝑ ſolum motū lo
calem. vel mō cōgruo ſimili ⁊
ſic ē licitū. aut nō poſſunt tolli
niſi ꝑ ſupſticioſum modū. vel
ꝑ noua maleſitioꝝ opera ⁊ ſic
eſt illicitū. qꝛ ſcd̄ꝫ apſtum non

ſūt faciēda mala ut eueniāt bo
p na· ¶ Queſtio·xviij·an ne hij
qui in caritate ſunt ledi poſſint
p maleficos ſicut hij qui in pec
cato mortali· Rñdetur ſcḋm Caſ
ſianū in collacōe patrū q neq̄
q̄· boni enim in rebus p demo
nem ⁊ ſuos ledi poſſunt in me
ritū eorum ⁊ probacōe; ut in
bonis fortune que ſunt exteri
ores res· fama ⁊ ſanitate corpo
ris· Sicut de btō iob patuit q̄
in talibus leſus fuit p demonē
ſed in nullū peccatum bonis ho
minibus inuitis p maleficia tā
hi poſſunt licet tēptari valeāt
ab intra ⁊ in carne extra ſʒ nul
latenꝰ violētari· Hic enim po
nit exemplū caſſianꝰ de duobꝫ
maleficis q̄ btū anthoniū p
tres demōes ſucceſſiue miſſos
de cella mouere nequerūt licet
tēptatum ſe p hoc ſentiret Hoc
q ſigno crucis ⁊ oracōne tem
ptacōni reſiſtit inefficacia ho
minū fuerunt maleficia vero in
peccatoribus demon poteſta
tem maiorē habet ⁊ magnā·
vnde veritas ait luce·xi· Cum
fortis armatus cuſtodit atriū
ſuū in pace ſunt oia que poſſi
det· Si aūt fortior ſupueniēs
vicerit illū vniūſa arma eius au
z fert in quibꝰ cōfidebat ¶ Que
ſtio·xix·cur malefici inſtrumē
ta ſue malitie p ſacramenta ec
cleſie vel p alia diuina tāgi p



curant ut filum trahendo p criſ
ma ſacrū vel ymaginē ceream
ſb palla altaris ad tēpꝰ ponē
do ⁊ ſimilia faciēdo Rñ· demōis
inſtinctu iſta fiūt triplici de cau
ſa Primo ut nō ſolū hoīes p ta
lia pficiāt ſʒ etiā ſacrilegi di
uina qn̄tū in eis ē ɔtaminādo
plꝰ deū creatorē ſuū offendāt
intimius animas ꝓprias cōdem
nēt ⁊ plures in peccata ruere
faciant· Secundo ut deus ſic
grauiter p hoīes offenſus ſcdʒ
beati augꝰ· ſententiā demōi ma
iorem poteſtatem in hoīes ma
los tribuat quibus deus cōce
dit iratus quod denegar; pro
pitiꝰ· Tercio ut ſic ſub ſpē boni
apparentis plures ſimplices fa
ciliꝰ decipiat qui tacta diuinis re
bus ⁊ oracōib; a deo putāt eci
am aliquid numis obtinuiſſe
vbi ſolū maiora peccata ſunt
cōmiſſa· ¶ Queſtio·xx·eſt cur aa
plura maleficia ⁊ ſupſticōnes
exerceri ſolēt ſacracōribus an
ni tpibus ⁊ pſerti circa feſtū na
tiuitatis xpi Rñ· q triplici de cā ſi
cut i pcedēti dubio p oia· q fe
ſta plꝰ frāguntur pctīs mortali
bꝫ q̄ mechanicis opibꝰ ut au
gꝰ· dicit li·de decē cordis· Sup
ſticō aūt de maximis ſuilibus
operibus demonis eſt contra
diuinā reuerētiā· Racō ſcḋi eſt
ſpēalis de kl̄is ianuarij· quia
ut pʒ ·di·li·viij·et hiar·c·ij·

Janus a quo ianuari⁹ menſis
dictus ē. q̄ in circūciſionis xp̄i
die incipit. ydolū fuit diuerſ
faciebus cōfictum. vna tanq̄
eſſz finis anni p̄cedētes. ⁊ alia
tanq̄ eſſz principium futuri ⁊
immineñtis anni ꝓtector ⁊ for
tunatus auctor. i cui⁹ reuerē
ciā poti⁹ demonis in ydolo ve
nerati ſūt demōes. varias comeſ
ſāōnes luxurioſas fecerūt ſtre
nas ⁊ iocalia ſibi mutuo ho
mies trādidert. choreas varias
duxerūt. mēſas preparauerunt
de quibus mētio fit p beatum
aug⁹. in multis locis ⁊ libris
Et. xxvi. q. v. hēs fere p totum
Sꝫ has corruptelas falſi xp̄i
ani imitantur hodie circa eadē
feſta. licꝫ p̄dicacōe ſanctorū
extirpate ſint in multis locis.
⁊ tamen demonum operacōne
alicubi tranſlata ad tēpoā car
niſpriuij. qn̄ cū laruis ⁊ ludis
⁊ alijs ſupſticōibus ſilia ſiūt
bb ¶ Queſtio. xxi. vn̄ prouenit q̄
fēie ſepe in maiori multitudine
reperiūtur ſupſticōſe ⁊ malefi
ce q̄ viri ſz. triplici de cauſa.
ɔpetit niſi haberꝫ que nō hab;
Et in ſumma dic̄ ꝙ iactātia ꝓ
cedit ex ſupbia ſicut ex cauſa
interius mota ⁊ impellēte. ex
hoc eni ꝙ aliquis interi⁹ per
arrogantiam ſup̄ ſeipm̄ eleua
tuꝛ ſeq̄tuꝛ plerūq; ꝙ exteriuſ
maioꝛa de ſe iactet. licet qn̄q;
nō ex arrogācia ſed ex quadā
vanitate aliquis ad iactantiā
procedat ⁊ in hoc delectetur
qꝛ eſt talis ſcd̄m hītū. ⁊ ideo
arrogācia ꝑ quā aliquis ſup̄
ſeipm̄ extollitur eſt ſpēs ſuperbie.
non tn̄ idē iactācie ſed ut
frequēcius eius cauſa ideo po
nit gre. ſpeciē tertiam. Tēdit
aūt iactatoꝛ plerumq; ad hoc
ꝙ gloriā ɔſequatur ꝑ ſuam ia
ctācium. ⁊ ideo ſcd̄m gre. ex in
ani gloꝛia oꝛitur ſcd̄m racōe;
finis. de hac mateꝛia vide infra
ꝑcepto. viij. c. ij. ¶ Quarta ſpe c
cies eſt ſcd̄m gre. cū quis de
ſpectis alijs ſingulariter vult
videri. excellēcius enim eſt ꝙ
q̄s habeat aliquod bonum qḋ
alij non habēt. aut perfectius
illud habeat q̄ꝫ alij. Cū igitur
inoꝛdinatus amoꝛ ꝓprie excel
lētie facit ꝙ q̄s deſpectis alijſ
vult ſolus videri habere qḋ
non habet tūc eſt quarta ſpēſ
verum eſt ꝙ illud videri pluſ

pertīet ad inanē gloriam cui⁹
cauſa eſt ſuperbia· Vnde dicit
thō· vbi ſupra· q· de malo· Pec
catum ſupbie qnq₃ magis eui
dēci⁹ apparet p aliqua p̄cedē
tia ꝛ ſubſequēcia q̄ per illō in
quo eſſencialit̄ ↄſiſtit· ideo bea
tus greḡ· ſpēs ſupbie aſſiḡuit
ſm aliq̊s act⁹ antecedētes vel
conſequētes cū tamen omnes
ſpēs ſuperbie in quadā p̄ſupti
one animi eſſencialiter ↄſiſtāt
velle eīm ſingulaiter, videri con
ſequenter ad ſupbiam pertinet
Eſſencialit̄ aūt quārta ſpēs ſu
perbie ī hoc ↄſiſtit q̄ homo p̄
ſumit de ſe ac ſi omnes ſingula
riter excelleret· Ad huiuſmōi
eīm excellentiam anim⁹ ei⁹ affi
citur hec ibi· Supbia enim, in
ordiate ꝓpriā excellētiam ap
petit ſ₃ inanis gloia appetit ex
cellēcie inordiate manifeſtacō
nem· Ad hāc ſpē₃ reducitur cū
quis aliquod bonū habet in ſe
quod alij nō habēt· Aut etiam
excellēci⁹ poſſidet q̄ alij ꝛ ſibi
in hoc complacet inordiate in
qn̄tum p hoc ſupra alios ē ꝛ
eis excellencior vel cū quis nō
hab₃ ſed appetit, habere aliqđ
bonū maius ut p hoc ſup alios
ſit ꝛ eis excellentior ꝛ p hoc ſe
eſtimat alijs ſimplicit̄ melio
rē ꝛ ſic vult eī p̄ferri· nec vult
eis in alijs ſubeſſe vbi deberet
tūc eſt in illa qr̄ta ſpē ſupbie

Exēpli grā· Si quis hab₃ ma
iorem ſciētiam alijs ꝛ in hoc cō
plac₃· aut appetit habē mag
nam ꝓpter hoc ut p eam ſuper
alios ſit ꝛ eis excellentior ē qr̄
ta ſpēs· Si aūt cognoſceret ſe
eam habere de munere dei ꝛ cō
placet in ipſa ideo ut meli⁹ no
ſcat quid bonū ꝛ quid malum
ſit ad ſe ꝛ alios regēdū ad dei
laudem tūc eſt virtus· Sed
ſi ꝓpter huiuſmōi ſciētiam eſti
mat ſe nō ſciētib₃ meliorē· iter₃
eſt ī iſta qr̄ta ſpē· q₂ ſi ipſe ex
cellit in ſciētia ꝛ in iſta eſt ſupe
rior· in alio deberet putare ali
qua bona que ignoraret racōe
quorū alterē multo melior· ꝛ
ſicut dictum eſt de ſciētia ita de
q̄cumq₃ alia v̄tute· p mo de di
uitijs ꝛ robōe corporali ꝛ de a
lijs quibuſcūq₃ bonis corpoāli
bus ꝛ ſpūalib₃· Ad hāc ſpe
tiem pertinet quādo quis pre
ſūptuoſe tendit in aliquid qđ
eſt ſup̄ ſe et ſupra ſuam digni
tatem ut ſi quis non eſſet ſuffi
tiens ad regēdum ciuitatē qui
ex amore ꝓprie excellentie mo
ueretur ad appetēdū fieri mgr̄
ciuiū aut ſile aut inſufficiēs ad
curā aiar₃ · attn̄ ad talē ſtatum
appetitu tenderet aut ſe ingere
ret· Et hoc ꝓpter inordinatum
amorē ꝓprie excellētie quo vel
let alijs p̄ferri ī ſtatu epāli vel
in hmōi alijs eſſet quarta ſpēs

Et nūc dicta ſint de hijs in q̄bus eentialiter ſupbia cōſiſtit ⁊ de interiori ſupbia. ad hāc etiam ſpēm pertinere videtur iudicium temerariū de malitia proximi. Vbi nōndum ꝙ triplex ē iudicium. vnū perfectorum de quo .i. corn. ij. ſpūalis omnia iudicat. aliud eſt iudiciū auctoritatis de quo ſap. i. diligite iuſticiā qui iudicatis terrā. Tertiū eſt iudiciū ſuſpicōnis de quo ſcd̄m thō. 2. 2. q. .lx. tria ſūt notāda. Primo an iudiciū ex ſuſpicōe procedēs ſit illicitum. vbi ſciēdum ꝙ ſicut dic. tuli⁹. Suſpitio importat opiniōez mali quādo ex leuib; indicijs procedit Et ɔtingit ex tribus. vno quidem mō ex hoc ꝙ aliquis in ſeipō malus eſt ⁊ ex hoc ipſo quaſi cōſcius ſue malicie faciliter malum de alijs opinatur ſcd̄; illd̄ eccēs. .x. ī via ſtultus ambulans cū ipē ſit inſipiēs omnes ſtultoſ eſtimat. Alio mō prouenit ex hoc ꝙ aliquis male afficit̄ ad alterū. Cū eni aliquis cōtemnit vel odit aliquem. aut iraſcitur, vel inuidet ei ex leuib; ſignis opinatur mala de ipſo ꝗ vnuſquiſq; faciliter credit qd̄ appetit. Tercio mō prouenit ex longa experiētia. vn̄ pħus dicit. ij. rethorice ꝙ ſenes ſunt maxīe ſuſpicōſi ꝗ multotiens experti ſūt. alioꝝ defectus. prime autē due ſuſpicionis cauſe manifeſte pertinēt ad peruerſitatē affectus. Tertia vero cā diminuit racōe; ſuſpicōnis. ⁊ ideo ſuſpicō vitiū quoddā import. ⁊ q̄nto magis procedit ſuſpicō tānto magis eſt vicōſū hec thō. Secundo notādum ſcd̄m eundem ꝙ triplex eſt gradus ſuſpicōnis. Primus ut hō ex leuibus indicijs de bonitate alicui⁹ dubitare icipiat ⁊ hoc eſt veniale ⁊ leue pccm̄. ptinet eni ad tēptacōem hūanā ſine qua iſta vita nō ducitur ut hētur in glō. ſuper illud. i. corn. .iiij. nolite ante tēp⁹ iudicare Addit hic Cācel. pariſien. Iudicare ꝓpria eſtimacōne aliū ex aptis ſignis exteriorib⁹ que non pn̄t bene fieri non eſt ex ſe mōrle lic; q̄nq; ſit curioſitas venialis quādoq; mōrlis dū hō ab alijs melioib⁹ ā debitis nimis impeditur. aut dū p hoc ī ſupbiam erigitur. Secund⁹ gradus dicit thō. eſt cū aliq̄ſ ꝓ certo malitiam alteri⁹ exiſtimat ex leuib⁹ idicijs ⁊ ſignis ⁊ hoc ſi ſit de aliquo gui ē peccatum mōrle ingꝗtum non eſt ſine ɔtēptu ꝓximi. Qd̄ eni aliquis malam opinionē habet de aliquo ſine cauſa ſufficienti ex iſto indebite cōtemnit ipm ⁊ ideo iniuriatur ei. vnde glō.

ibidē dicit Et ſi ergo ſuſpicōes
vitare non poſſum9 qꝛ hoīes
ſumus iudicia tamē id ē diffini
tiuas firmaſqꝫ ſentēcias cōtine
re debem9. Cācellarius etiā di
cit. iudicare alterū leui ſuſpicō
ne ſcd'm pſumpcōes exterioꝛes
pſerti vehemētes nō ex ſe moꝛ
tale ē. ſecus ſi firma aſſercōe inte
rioꝛi vel exterioꝛi illud fieret in
magnū ꝓximi dedecus et ma
lum. nullus etiā in vita iudicā
dus eſt tanqꝫ dignus inferno
qm̄ ſpūſſanctus operatur ſubi
to. facta igitur a nobis nō per
ſona ſunt iudicāda. zelotipia
etiā que eſt vehemēs amoꝛ ſuſ
picōſus non ſatis fidens de re
amata et alie ſuſpicōnes mali
uole ut dum quis ſemp putat
irridei ⁊ falli ut quidam melā
colici ⁊ quidā ex religioſis fa
ciliter cadunt ſi nō deꝓmātur
ſed ſi addatur conſenſus liber
ſunt ut pluimū moꝛtalia delicta
aut moꝛtalium delictorum vehe
mēs cauſa Tertius gradus eſt
ut dicit thō. Cū aliquis iudex
ex ſuſpicōe ꝓcedit ad aliquē
condemnādum et hoc directe
ad iniuſtitiam pertinet. vnde eſt
peccatū moꝛtale. Tercō notā
dum ſcd'm eūdem qꝛ dubia ſūt
in melioꝛē partem interpretā
da ut dic. glō. ſup illo rō. xiiij.
Qui nō manducat māducātē
nō iudicet. Cui9 racō eſt. quia
ex hoc ipſo qꝛ aliqs habet ma
lam opinōez de alio abſqꝫ ſuf
ficiēti cauſa iniuriatur ei ⁊ con
temnit ipm̄. null9 autem debet
alterꝫ contemnē vel quodcum
qꝫ nocumentum inferre abſqꝫ
cauſa cogēte. Et ideo vbi non
apparēt maifeſta iudicia de ma
licia alicui9 debem9 eum ut bo
num habere i melioꝛē partem
interp̄tādo quod dubium eſt
Sed diceres cū homo debꝫ di
ligere ꝓximū ſicut ſeipm̄. ſed
cir ſeipm̄ homo debet dubia in
terp̄tari in peioꝛem partē ſcdꝫ
illd iob. ix. Verebar oīa opa
mea. ergo videtur qꝛ ea q̄ ſunt
dubia cir pꝛoximos ſint i peio
rem partē interp̄tāda. Rñſio
tho. interp̄tari aliqd in melio
rem partem vel deterioꝛem cō
tingit dupliciter. vno mō per
quādam ſuſpicōem. ⁊ ſic cū de
bem9 aliqbus malis adhibere
rmediū ſiue nr̄is ſiue alieis ex
pedit ad hoc ut ſecurius reme
diū apponatur qꝛ ſupponatur
id quod deterius eſt. quia re
medium quod eſt efficax cōtra
maius malū multo magis ē ef
ficax contra min9 malum. alio
modo interp̄tamur aliquid in
bonum vel malum diffiniendo
ſiue determinando. Et ſic in re
rū iudicō debet aliquis niti ad
hoc ut iterp̄tetur vnūquodqꝫ
ſm qꝛ ē. In iudicō aūt pſonaꝝ

ut interp̄tetur in meliꝰ ſic di
e ctū eſt hec tho̅. ¶ Nunc vidē
dū eſt de ↄſequētibus ſupbiā
interiorē que a vulgo vocatur
ſupbia. Vbi ſciēdum ꝙ ſuper
bia imperat ⁊ inuoluit ſe mul
tis operibꝰ exterioribꝰ ⁊ in ge
nere quītuplicibꝰ. Primo cor
pori. ibi ſūt ſupbia crinīū. ocu
loꝝ excellētia. ceruix erecta.
labia magloqua. greſſꝰ pom
poſus ⁊ brachia minātia. Se
cūdo in ornatu corporis ↄmit
titur ſupbia. p̄cioſitate. molli
tie. ex̄neitate. multitudine. am
plitudine vel ſtrictitudine. Et
hec ōnia ↄmitti p̄nt i peplis
capucijs tunicis pallijs ſuffo
ratis camiſijs cingulis cali
gis ⁊ i calciamētis. Tercīō i cō
uiuijs p inuitacōem diuitum
multoꝝ ⁊ pauperꝝ paucoꝝ. in
multitudīe ferculoꝝ ⁊ i p̄coſi
tate cibarioꝝ Et ſcd̄ȝ verſū. p̄.
ppe. laute. nimis ardenter. ſtu
dioſe. Quarto in equis ⁊ curri
bꝰ per multitudinē equoꝝ p
ornatum eoꝝ aut curruū. p ni
mis eoꝝ frequētem vſum. pro
deo enī ⁊ p pcc̄is deberemꝰ ali
quando peditare xp̄i exēplo ⁊
virginis marie. Quito in voce ā
pverba ut iactando ſe. aut in
cantu in q̄ multi ſuperbiunt fre
quentādo ſuauiter vociſrādo
⁊ notas frangēdo. nec ſolū ex
teriora verūetiam ſimpliciter



omnia bona ſup̄ enumerāta ho
minis ſupbia poteſt deſtruere
vn̄ btūs augꝰ. in regula. alia
quippe iniq̄tas in malis operi
bus exercetur ut fiāt. Super
bia vero etiā bonis opꝛibꝰ inſi
diatur ut pereāt. pōt enī quis
de virtutibus pmo de humili
tate veſtium ⁊ i filibus ſe exal
tare. ¶ Nondum aūt ꝙ ſup f
bia multis nocet. Primo quo
dāmodo deo cuius tēpla exuit
Templū inq̄t apoſtolꝰ dei. i.
corn. iij. ſāctū eſt qd̄ eſtis voſ
Sȝ hoc ſupbia deuaſtat. Se
cūdo nocet ſanctis qz in feſti
uitatibꝰ eoꝝ plus ſolent mul
ti in ſupbia veſtiū crinīū ⁊ ſer
torum offendere q̄ in diebus
ferialibȝ. Tertio nocȝ angelis
in cuſtodiā noſtrā deputatis
qui gaudiū haberēt ſup vno
peccōre p humilē penitētiam re
deūte quo priuātur cū in ſup
bia excedimus. vn̄ etiā. i. corn.
.xi. dicitur mulier dȝ hr̄e vela
men ſuper caput ſuū ppter an
gelos ſcȝ ne offendat eos. Vn
de glo̅. ibi angelici ſpūs adeē
credēdi ſunt maxime cū diuinis
miſterijs vel obſequijs man̄ci
pamꝰ id eſt cū eccleſiā ingreſſi
vel lectionibȝ ſacris aurē accō
modamꝰ vel oracōi incūbimꝰ
vel miſſarum ſolemnia celebra
mus vel pſalmodie opam da
mꝰ. Qrto nocet alteri cōiugū

interdū cū mulieri ſupbe vir p
phas et nephas expēſas luc
tur· ⁊ ecōuerſo mulier viro aſ
ſentit Quīto nocet ipſi ſupbiē
ti· Supbis enim deus reſiſtit
iaco·iiij· Sexto nocet alijs ho
minib; quibus datur ſcādalū
⁊ occaſio ſilia faciēdi· Septi
mo aiabus in purgatorio·nā
cū expenſe in apparatu ſupbo creſ
cunt elemoſine pauperib; hic
et in purgatorio decreſcunt
g ¶ Quo ad·iij· principale·qn̄
ſupbia ſit peccatū morľe nōt
thō·vbi ſupra ꝙ ſupbia ſcđm
ſuum gen9 eſt peccatum morľ
le· Accidit tn̄ ꝙ aliqui motus
ſupbie ꝓpter ſui imꝑfectōnem
ſunt ſolum venialia peccata ut
qui p̄ueniūt racōnis iudicium
aut ſiūt p̄ter eius cōſenſum· dic
autē de malicia ſupbie beatus
greg· ꝙ euidentiſſimum ſignū
reproboꝝ eſt ſupbia· Et criſo·
ſup math· Nihil nos ita a dei
clemēcia alienos facit ⁊ gehē
ne tradit igni ut ſupbie tirān9
Que aūt ſit differencia in ğui
tate quātuor ſpērum ſuperbie
oſtenditur ſcđm alexandꝝ de
hal'.in ſūma· Prima eſt de ſe ğ
uiſſima·quia ibi maior deo fit
iniuria· Secūda eſt min9 gra
uis·quia minor fit deo iniuria
aliquid enim a đo ſe quis rece
piſſe fatetur Tercia ē de ſe mi
nus grauis ꝙ̄ ſecūda·verū qn̄
ſupbia vel aliud quodcūq; vi
ciū ſit mortale vel non menſuran
dū eſt penes quatuor regulas
de hoc datas in expoſicōne ſecū
da ⁊ tertia primi p̄cepti de di
lcōe dei ſup oia· ¶ Vnde p in h
tellectu talīū ſit hec alia r̄gula
ſilis quaſi p̄me ⁊ ſit quinta in
ordine·alie enim capitulo·v·
ſunt poſite quādo aliquid com
mittitur nōbiliter cōtra dilcō
nem proximi tunc eſt mortale
quando non tunc eſt veniale·
Quando autem ſit aliquid con
tra dilectōem proximi poteſt
attendi penes iſta precepta le
gis nature· Quod tibi non viſ
fieri·alteri ne feceris· Et quod
tibi vis racōnabiliter ⁊ ex debi
to fieri alteri hoc idem facias·⁊
poteſt eciam attendi penes ſcā
dalum actiuum quod ego infe
ro proximo meo malo exēplo
Sed in quāto oporteat aliqd
eſſe cōtra dilectōnem proximi
vel quātum ſit illud ſcādalum
ad hoc ꝙ ſit morľe non ē deter
minatū p̄ciſe·qꝛ in modico fa
cere cōtra proximū nō eſt mortā
le·aut in paruo eum ſcandaliza
re vnde attēdat quilibet penes
ſeip̄m quid ſibi vellet vel non
vellet fieri et p quod factū ſer
uaretur inter ſe et primū amicitia
vel nō ſcđm hoc iudicet aliqd
mortale vel veniale· ¶ Eſt igi i
tur ſuperbia peccatum morľe

per primā regulā ſup capitulo
quinto poſitā dum quis ſe mitti
tur ſbiectōni diuine ſbtrahe
re ſic ꝙ totā vitā ſuā; ⁊ actus
ſuos ad hūanā laudē ⁊ gloriā
mūdanā ordinat ⁊ i hijs finē
vltīm cōſtituit. ⁊ hoc quo ad
inanē gloriā q ex ſupbia ꝓce
dit. vel qn habet nolle obedi
re dei mādatis vel deo ſeu cōtē
nit ut in deſcripciōe ſupbie pa
tuit. Similiter eſt ſupbia pccm
mortale penes quintā regulam
Cū quis proximos ꝑ ſua ſup
bia perſiſtenda grauat. ſic fa
ciunt nobiles ꝑ faſtu ſuo pau
peres excoriātes. ⁊ viri ꝑ ornatu
mulierꝫ proximos dānificantes
Eſt etiam ſupbia pccm mortale
per quintā regulam cū qs per
ſupbiam nō curat ſcādalizare
alios. ſic mulieres quedā alie
nos viros ad lapſū puocātes
⁊ ideo ſe ornantes ⁊ occaſiōeꝫ
dantes lapſui mētis. Eſt etiaꝫ
mortale p tertiam regulam. Cū
qs ꝓpter ſupbiam tranſgredi
tur pceptū eccleſie. Hic ſm
quoſdam doctores: milites ex
ercētes torneamēta per eccleſi
k am ꝓhibita. Sūt aūt reme
dia plura otra ſupbiā ⁊ inanē
gloriā. Primū oſideracō mag
nitudinis diuinarꝫ perfectio
num otra quem deū vel eius or
dinaciōem quis ſupbit. Cōn
qd dicitur Job. xv. qd tumet
contra deum ſpūs tuus. Ad huius
modi intuitū ⁊ dei locutionem
abraham ſe cinerē gen. xviij.
⁊ moyſes impedcōris ligue ꝓ
fitebātur hūiliterꝫ exo. iiij. Se
cūdum eſt cōſideratio hūilita
tis xpi ⁊ ſcōꝫ. vn phil. ij. xps
factus eſt obediens vſqꝫ ad
mortem mortem autem crucis
math. xi. diſcite a me qꝛ mitis
ſum: ⁊ humilis corde. Tertiū ē
oſideracō ſui in pfectionib; qs
habemus. nā corpus ⁊ eius p
fectiōeꝫ. aīam ⁊ eius perfectio
nem a ſolo deo pricipaliter ac
cepimus ꝓ quibus tāto pluſ
grati eſſe debemus qnto excel
lētiora dona rcepim9 alias am
plius pūiremur. faciliter etiā
perdere poſſum9 oia bona nrā
qꝛ yſa. xl. omnis caro fenum ⁊
ois gloria eius ſicut flos agri
Quartū eſt cōſideracō ꝓpriarū
imperfectionum cōmuniū omni
bus. nā corp9 de viliſſima ma
teria cōceptum ē ⁊ in vermib;
finaliterꝫ putreſcꝫ defunctū. me
dio vero tēpore ſuper omnia
animātia in naribus. auribus
oculis ore ⁊ alibi emittit imū
dicias pter ea que latēt itrinſe
c9 ſcdꝫ illd michee. vi. hūiliacō
tua in medio tui eſt. Aia autē
ebet intellectu. curua ē affectu
labilis mēoria. prona ad lap
ſum. ⁊ tarda ad reſurgēdum
vnde Jere. xvij. prauum eſt cor

hois ⁊ inſcrutabile ⁊ q̄s cog
noſcet illud Quītum eſt cōſide
racō imꝑfectōnum moralium·
nam neſcim⁹ licet ſperare poſſu
mus an aliquod opus merito
riū fecerimus cūctis dieb⁹ vite
noſtre· Tū quia ſepe vitia vir
tutis palliū induunt· tū qꝛ ob
miſſio vni⁹ circūſtantie debite
totum opus vitiat ⁊ pauci ibi
diligentiam adhibēt· tū quia
ſupbia vel inanis gloria ſepe
totū op⁹ vitiat· vn̄ pſa·lxiiij·
Sicut pannus menſtruate
vniuſe iuſtitie noſtre· Et iob·
·ix· Verebar omnia opera mea
ſciens ꝙ nō parcis delinquenti
Et gre·v·mor̄· Sepe iuſtitia
noſtrā ad examen diuine iuſti
tie deducta iniuſtitia eſt· ⁊ ſor
det in cōſpectu diſtricti iudicis
quod in oculis fulget operātis
Sextū eſt cohabitatio humi
liū in corpore ⁊ opere· Sicut
enim ille qui omnium erat ſuper
bo induet ſuperbiam eccī·xiij·
Sic qui omnium cauerit hūili i
duet humilitatē· vn̄ odo epus
pariſien· in mēſa ſemp ante ſe
poſuit deſpectōres paupes ⁊ a
latere alios· Requiſitus autē
quomodo poſſet hoc tolerare·
rn̄dit ꝙ quidā nobilis miles
eum docuerat iob·v· ſcilicꝫ viſi
tās ſpēꝫ tuā non peccab Sep
timū ē ⁊ forte optim ꝯſideracō
ꝓpriorꝫ peccatorꝫ que quilibꝫ
meli⁹ ſcit ꝙ alter vel ſcire debꝫ
Si ei peccaſti ſemel mortaliter
deū ⁊ omnē creaturam ſibi ſer
uiētem offendiſti· ideo ſcd̄ꝫ dei
iuſticiam panis te ſuffocaē de
beret· aqua ſubmergere· ignis
icinerare· aer inficere· beſtie de
uorare ⁊ ita de ſilib⁹ intelligē
dum eſt ſcd̄m hug· Quia ſcd̄ꝫ
augu⁹· pctōr non eſt dignus
pane quo veſcit· q̄d igr̄ de te
qui forte cēties peccaſti mortali
ter· Cōſiderem⁹ igitur in alijs
bona nō mala· in nob vero fre
quent noſtra mala·:·

## Capitulū·xiiij·

Decimo prohibetur ꝑ a
mo precepto inanis
gloria prout eſt pec
catū mortale quo ꝓprīū dei vicꝫ
regis ſeculorum ⁊ immortalis
honor ⁊ gloia·i·thi·i· tollitur
quodāmodo Et rō·i· Qui cum
cognouiſſent deum· non ſicut
deum glorificauerūt ⁊ obſcuratū
tum eſt inſipiens cor eorum De
hoc videdum eſt primo quan
te ꝑuitatis ſit hoc viciū ⁊ peri
culi· Secundo que ⁊ quotu
plex ſit inanis gloria· Tercio
quādo ſit peccatum mortale vel
non Quātum ad ꝑmū notā b
dū ſm thō·2·2·q·xxxi· Qd̄ ina
nis gloria differt a ſupbia· nā
ſupbia non eſt inanis gloria

nec appeticio eius ſed ſupbia
eſt cauſa appeticōis ianis glo
rie. vñ ſupbia facit appetere in
ordinate ꝓpriā excellētiam. et
ex iſto faciliť mouet̃ hō ad ap
petendum maifeſtacionē eiuſ
dem excellētie. ⁊ illa eſt appeti
cio inanis glorie. Et ocurrere
ibi pn̄t quatuor. nā vane glo
rioſus putat ī ſe eē aliquid ex
cellentia certa dignū qualiter
tn̄ non eſt. appetit ut alij hoc
cognoſcāt ⁊ manifeſtum fiat
vult ut hoc alij approbent lau
dent ⁊ honorēt et in tali laude
vel approbacōe delectat̃. Se
cūdo nōndum ſcōm eūdem qꝛ
inanis gloria licet nō ſit ſemp
pccm mōrle. eſt tn̄ valde peri
culoſū pccm triplici de cauſa.
Primo qꝛ nulli pſone pcit Iu
uenes impugt̄ ut ptȝ in vitaſ
patrū de pueis. vno in duode
cīo anno. alio in. xv. ſerpētem
illeſe ad mōſteriū portātibus
quos abbas flagellauit: cur
non diſcerēt mites ⁊ hūiles eē
corde. Senes excecat ut patȝ
in ſolitario p̄dicante ⁊ miſſam
cātāte cathecumis. cū null⁹ ad
eſſȝ niſi pater obſeruās. Nobi
les proicit ut ptȝ in ezechia re
ge qui vnica oratiōe obtinuit
percuſſionē cētum octuagita
quīqȝ milliū hoīm. alia oraciōe
·xv· ānos adiectos vite. Et re
greſſum ſol̃ facietem. xxxij. ho

ras die. qui tamē tādem eleua
tus niſi penitenciam egiſſȝ deo
valde diſplicuiſſȝ ut dic̄. Caſſi.
de. viij. principalibȝ vicijs. Et
origialiter ponitur. iiij. regum
·xx· ⁊ yſa. xxxviij. et. xxxix. Ru
rales inflat ut ptȝ ī fratre mat
tam veſtibus alligāte ut eēnt
lōgiores. Cui demon ait. o mō
che ſi maiora valeres maiora
faceres. Feminas etiā ſanctaſ
inficere nititur ut ptȝ de ſācta
melaia rōna vidua. ccc. libraſ
argēti ſancto banbone preſen
tante. cui cū pater nihil grāde
reſponderȝ. mulier ait pater
·ccc. libre ſunt. Rn̄t pr̄. ſi deo
dediſti ſcit quātū. ſi mihi mer
cedem pdidiſti ī celo. Viroſ
ſāctos decipit ut ptȝ de ſācto
eleutcio abbate de quo refert
gre. iij. dyalogoꝝ. q̄ cū pueꝝ
a demone nocte vexatū ad mō
ſteriū ſuum detuliſſȝ ⁊ ibi pue
ro exn̄te illeſo pr̄ dicerȝ. ecce
fratres quō demon moialibȝ
illis illuſit. ſtatim puer obſide
tur iterato. et pr̄ eleuteri⁹ plo
rās imperat ut nēo cibū guſtȝ
niſi puer ſanetur. Qð cū fletu
factū ē demō abſceſſit ⁊ pater
deinceps humilior fuit. Secū
do qꝛ hoc vitiū oībus opibus
ſe inflectit malis quidē in hijs
q̄ gloriātur cū male fecerit et
exultāt in reb⁹ peſſimis pū. ij.
Bois etiā ut oracōi p̄dicacōi

lectōi· correctōi· cātui· tacitur
nitati veſtimētis hūilib; rligi
oſo inceſſui dīnis officijs a ſili
b; inſidiat̄ opib; ut pereāt qđ
alia vita non fatiūt vn̄ aug9·
ī regula Supbia etiā bonis opi
bus inſidiatur· ideo ſcī pres ut
caſſian9 refert: hoc vitiū aſſila
uerit cepe vbi vna ſblata pelli
cula otinue decorticāda alia re
ſtat Itē aſſilatur ſcopolo mar̄
ad quē illiſa nauis referta oī
b; bonis ſtatī mergitur· Itē ſm
gre· latroni q̄ theſaur; in via
recipit onſū Itē ſm criſ· Arbori
iuxta viā plātate cui9 poma ra
ro matureſcūt Itē vento vrēti q̄
fructū tenere ſtatī deſtruit· Ex
emplū in vitaſprm vbi frat̄ ut
putabatur deuot9 onagros in
ſolitudie vōuit ut onea porta
rent· qđ cū anthonio frēs retu
liſſent ait Iſte inq̄t ē velut na
uis plēa diuicijs piculo expo
ſita maris poſt pauca aūt tpa
flēte anthonio q̄ſitū eſt q̄d flere;
ſe· lapſū inq̄t illi9 de q° in dixi
ſtis ite ⁊ videte i matta eū flen
tē iuenta repiert ⁊ q̄nto die de
fūct9 ē· Tercō eſt hoc viciū de
teſtabile q2 in oī loco hoie; re
perit ec· in ſolitudie· vnde beat9
appoloni9 cū· xv· ānorꝝ exiſtēs
heremū intrar; ⁊ ibi p· xxx· an
nos māſiſſ; vōtus ē ab āgelo
ut exiret ⁊ p verba ſua egypti
os oūteret plures· ait· Aufer a
me queſo ſpiritū inanis gloie·
cui angelus· ſubter pedes pro
ice q̄cquid circa ceruicē tuā re
peis quo facto dyabolū proie
cit clamātē ⁊ ſic prio liber effe
ctus eſt· Itē de alio patre qui
cū obſeſſos liberaret impugna
tus ab hoc vicō obtinuit obſi
deri ⁊ tandem fratrum oracōe
ſanatus liberatus eſt a demōe
⁊ ab inani gloria· pmo hoc vi
tium victum acri9 inſurgit· Et
p̄mū eſt in vite ſacte inchoacō
ne ⁊ vltimū in victoria· quod
nec criſtū dimiſit qui eum im
pugnaret ⁊ in pinaculo cum
eo demon aſcēdit· ¶ Sūt aūt c
quiq; remedia· Primū ut ſolli
cite videam9 ne in principio·
medio aut in fine operis boni
vana gloia ſe immiſceat ſ; oīa
in deo dirigam9 ſcđ; illud pſ·
Non nob domine nō nob ſed
noī tuo da gloriam· Hic ſan
ctus tho· feciſſe dicitur cruci
xo quādo honorabatur: cū pol
lice vic; ſecrete crucē faciendo
ſub ſcapulari ⁊ dicendo p̄ſatū
verſiculum Secundo ut verea
mur oīa opa noſtra cum btō
iob· ix· Ne forte niſi fecerimus
ut debuimus ſcđm illud luce·
·xvij· Cum omnia feceritis que
p̄cepta ſunt vobis dicite ſerui
inutiles ſum9· quod facere de
buimus fecimus· Tercō cōſide
remus q̄ntum malum faciat

qꝛ oīa opera bona pōt deſtrue
re ſcōꝫ illud xp̄i. receperūt mer
cedē ſuā qd̄ xp̄s ait de ẏpocri
tis math. vi. Qr̄to ut opa ap
parēter rara ⁊ bō occultemus
q̄ꝫ tum poſſumꝰ ut neſciat ſini
ſtr̄ q̄d faciat dextra tua math.
.vi. Quinto ut oremꝰ cōtra tā
tum vitiū vn̄ ſup illud thef. ij.
deo q̄ ꝓbat corda noſtr̄. dicit
glō. ut ſibi nō hoibus placea
mꝰ qd̄ niſi ipſe in nob̄ opetur
vitare neq̄mꝰ. Et augꝰ. idem
dic̄. Quas vires nocendi habe
at hūane glorie amor. nemo
ſentit niſi qui ei bellū indixerit

d ¶ Quo ad. ij. principale nōn
dum ꝙ gloria in ꝓpoſito ſig̃t
ꝙ bonū alicuiꝰ deueniat in no
ticiā alteriꝰ vel alioꝝ. ⁊ ad ap
ꝓbacōnem eorum. Et ſic appe
tere gloriā eſt aliquē appete
re vt bonū ſuum verū vel appa
rēs veniat in noticiā ⁊ ad appro
bacōnem alterius vel alioꝝ. ſꝫ
aliquē q̄rere gloriā p exterio
ra facta. fit per hoc ꝙ aliquis
opa ſua agit corā alijs aut lo
quitur aut qn̄ maifeſtatur p
laudē alienā. ut qn̄ honoātur
ab alijs qꝛ tunc vidētes eum
honorai maiora de eo eſtimāt
Et iſta pertinent ad filias ina
nis glorie. de quibꝫ poſtea di
cetur. Secundo nōndum ꝙ
non oīs appetitus glorie eſt
malus ſꝫ appetitus inanis glo
rie ſemp eſt malꝰ. nā ut thō.
vbi prius dicit ad perfectionē
hoīs pertinet ꝙ ipſe ſe cognoſ
cat ſꝫ ꝙ ipſe cognoſcatur ab
alijs nō pertinet ad eiꝰ pfectō
nem. Et ideo non eſt p ſe appe
tendum. poteſt tn̄ appeti iq̄ꝫ tū
ē vtile ad aliq̄d. ¶ Unde tri e
pliciter eſt vtile ⁊ licitū ꝙ ali
quis cognoſcatur ab alijs bo
nus. Primo ad hoc ut deꝰ ab
hoīb; gloificetur. vn̄ math. v.
Sic luceat lux vr̄a corā hoīb;
ut videāt opa vr̄a bona ⁊ glo
rificēt prēm veſtrum qui in ce
lis ē. Secūdo ad hoc ꝙ hoīes
proficiant in bono qd̄ in alijs
cognoſcunt ut in p̄cedenti au
ctoritate etiā patꝫ. Et ſic fecit
aplus. ij. corīn. xi. ⁊. xij. ut diſci
puli ſui p pſeudo aplos nō de
ciperētur vel eis plꝰ crederēt
ait Ter virgis ceſus ſū. ⁊ mul
ta alia que ibi enumerat de ſe
apl̄s bona. Tercīo ad hoc ꝙ ip
ſe homo ex bonis q̄ in ſe cog
noſcit p teſtimonium laudis
aliene ſtudeat in eis pſeuerare
⁊ ad meliora proficere. Et ſic
licet habere curā de fama ⁊ eā
tueri. Etiam ſic fit in treugis q̄
fiunt ſuper graduandis in vni
uerſitatibꝫ. ⁊ ſcdm̄ hec tria lau
dabile eſt. ꝙ quis habeat curā
de bono noīe. Et ꝙ ꝓuideat
quis bona corā hoībus nō tm̄
coram deo Rō. xij. non tn̄ ꝙ in

hōim laude inaniter delectetur
pōt igitur laudabilit᷑ ad alio
rū vtilitatem gloriā ſuam que
rere ſicut ⁊ deus ſuam gloriaꝫ
querit non ꝓpt᷑ ſe ſꝫ ꝓpter nos·
f ¶ Eſt ergo nōnd̄ hic ꝙ in ge
nere eſt gloria triplex· vna ve
ra· ſecūda vana· tertia dyabolí
ca· Prima ē ſeptuplex· vera qn̄
quis nulli⁹ peccati ſibi cōſcius
eſt de qua· ij· cor· i· Gloria nr̄a
hec eſt teſtimoniū ꝯſciētie no
ſtre· vide qn̄ dulcedo ſācti ſpi
ritus manifeſte ſētitur· qui ſpi
ritus ſanct⁹ teſtimoniū dat ſpi
ritui noſtro ꝙ ſim⁹ filij dei rō.
viij· Hic hic cauēdū eſt ne q̄s
decipiatur in dulcedie ſpūali ⁊
ſentimentis· qꝛ quedā ſunt cō
munes malis ⁊ bōis· Alie ſpeā
les tm̄ bonis ut beat⁹ bern̄· tra
dit in epl̄a ad fratres de mōte
dei· veriſſima ē et̄na gloia· alie
tres ſūt prius recitate· Tercio
nōndum ꝙ gloiam ſuam pōt
quis querere ut p̄miſſum eſt ſꝫ
illud cōpetit potiſſime pfectis
viris· vnde ⁊ math· v· criſtus
diſcipulis ait ⁊ doctoribꝫ Sic
luceat ⁊c̄· nec tamen talibꝫ ſe
per cōpetit ſed quādo eſt nōbi
lis neceſſitas vel vtilitas Infi
mis aūt ⁊ impfectis non ē tam
cautum ꝓpter periculū inanis
gloie· qꝛ ſcd̄m greḡ· Bō inno
teſcere hōibus ſine piculo vix
fieri poteſt patēt hec vbi pri⁹

p apl̄m qui ait· i· corī· xij· Inſi
piens fact⁹ ſum id eſt ad mo
dum inſipientis quodammō
feci gloriādo· vos me coegiſtiſ
ſcꝫ malis faciliter acquieſcēdo
doctoribus· ¶ Secunda glo g
ria vicꝫ vana fit quītuplicíter
ſcd̄ꝫ tho· Primo ex parte mate
rie bone glorie paulo ſup̄· Cū
q̄s appetit ꝙ aliꝫs appareāt alí
qua bona in ſe ⁊ illa approbēt
tanq̄ꝫ bona ⁊ magna q̄ tn̄ non
ſūt in eo· ut cū appetit ꝙ alij eū
eſtiment doctū aut deuotum ā
multum doctū aut liberalē· aut
diuitē aut pulchꝛ nobilem ⁊
ſic de ſimilibꝫ cum non ſit taliſ
Aut cum appetit ut alij putent
eum feciſſe tale op⁹· quod tam̄
non fecit· Secundo gloria eſt
vana cū quis querit gloriam
de re q̄ nō ē gloria digna ut de
caduca re ⁊ fragili· Sic ē pul
chritudo corpis· diuitie· criſpi
tudo crinium ⁊ hmōi· inane ei
eſt ⁊ vanū ꝙ homo huiuſmo
di res caducas fragiles ⁊ mo
dicas que cōmunit᷑ magis no
cent q̄ꝫ proſint tam magnas
reputꝫ ꝙ etiaꝫ gloriam de eis
querit ⁊ vult ꝙ alii in eo talia
noſcāt ⁊ tanq̄ꝫ bona ⁊ magna
reputent ⁊ approbent· Tercō
eſt vana cum quis gloiam q̄
rit de rebus inutilibus ⁊ noci
uis que non ſūt apud multoſ
gracia peccata reputata ut de

ſupfluis ſuptibus in diuicijs·
in veſtib⁹. edificijs· familia ꝗ
ſit gloia ſic vana ex parte ma
terie· Quarto eſt vana ex par
te ei⁹ a quo quis gloriā querit
puta cū q̄s appetit bō ſua verā
vel apparentia fieri manifeſta
hoīb⁹ ut ea approbēt quoꝝ tñ
hoīm iudiciū ē fallibile ꝛ incer
tum ut hoībus ſimplicib⁹ mū
danis ꝛ ſecularibus q̄ actus ho
minū frequēter ſolum extrinſe
cus ꝯſiderāt ꝗ multotiēs non
bona aut modicū bō̄ eſtimāt
magna ꝗ excellentia· ymo fre
quenter de rebus modicū aut
nihil iudicare ſciūt· ut ſi quis
appeterꝫ doctus apparere apᵈ
ydiotas ꝗ rudes· qꝛ de huiuſ
mōi iudicare non ſciunt· Ta
les enim noſcūt ſolū ſenſibilia
ꝛ p̄ſentia ut diuitias potētiam
pulchritudinē ꝛ ſilia modica
ymo talia ſunt bō̄ minima· non
media ut virtutes· nec maxia
ut btītudinem ſatiētes que tñ
minima bō̄ maxima eſtimant
Et illos qui talia hñt eſtimāt
glorioſos ꝗ reuerentur tales
ꝗ honorant· vera aūt bona ha
bentes ꝗ vere bona ut virtuteſ
ipſi nō noſcūt· aut modicum
reputant· aut paruipendunt
aut qᵈ deterius ē ꝯtēnunt· ꝗ
ideo inane ꝛ vanū eſt teſtimo
niū huiuſmōi honoꝝ ab eis q̄
rere· Quinto modo gloia ſit in

anis ꝛ vana ex parte ipſi⁹ qui
gloriā querit· ut qui gloriam
ſuam non refert in debitū ſinē
puta ī dei honorē ꝛ proximi ſa
lutem· Omne eni bonū de quo
quis recte gloriā querit debet
credere a deo ſibi eē datum· ꝛ
ita non habet hō̄ hoc a ſe· ſꝫ eſt
quaſi quoddā bonū diuinum
ꝛ deo de iſto principalit̄ debe
tur gloia ꝛ laus Et ideo qñ hō̄
appetit ut bonum ſuū alijs ſiat
manifeſtū· debet hoc appetere
ad iſtū ſinē ut deus ex hoc lau
detur. qui tale bonū largitus
ē· Ideo dicit apl'us· ij· corin. x·
Qui gloriatur in dño glorie
tur id ē de bono opere nō que
rat ſibi gloriā ſꝫ deo. Tale eni
bonum datur hoī a deo ut ex
illo alijs ꝓſit. ꝛ ideo ītñtū de
bet appetere gloriam de tali in
q̄ntum p eām paratur ſibi via
ad hoc ut alijs ꝓſit ſic apl'us
ut ſup̄ patuit. Qñ ergo homo
appetit gloriā ꝛ illa ſiſtit aut
in ſeipm̄ ſolū refert i ſui laudē
ꝛ recōmēdacōnez ꝛ nō in pro
ſectū proximi· aut in dei laudē
ꝗ gloriā finaliter tunc eſt va
na gloia ꝗ inanis ꝛ peccatum
qꝛ quodcūqꝫ vanū appetere
eſt pcc̄m ſcd̄m illᵈ ps· filij ho
minū vſqꝫ quo graui corde ut
q̄d diligitis vanitatē ꝛ queri
tis mēdatiū ꝛc̄. Tertia glo h
ria vicꝫ dyabolica eſt etiā ex

parte materie·qñ q̄s gloriam
querit de pctīs nōbilibus ꝛ de
rebus magis ignominioſ ꝙ
glorioſis·ut cū quis per poten
tiā aliquē opprimit·aut cū nō
bili perſona luxuriatꝰ eſt · aut
aliquid iniuſte a tali recepit·ā
haſtiluſit in pctīs·aut ꝓ mul
to luſit ⁊ vult ut alij hoc noſcāt
⁊ approbent hoc eſt diabolicū
peccatum·qꝛ demones ſic corā
ſuo principe gloriari ſolent de
malis in que alios proiecerūt
Cōtr̄ quos in ps·Quid gloia
ris ī malitia q̄ potēs es iniqui
tate dilexiſti maliciā ſup benig
nitatem iniq̄tatē magis ꝙ lo
qui eq̄tatē ꝓpterea deſtruet te
i deus in finē· ¶ Quo ad·iij· pri
cipale·quādo ſcꝫ inanis gloia
ſit peccatū mōrle nōndū ſcđm
thō·vbi ſup̄ ꝙ aliquādo vane
glorie appetitus eſt mōrle· ali
quādo veiale·Omne eñ pecca
tū qđ ſit cōtra caritatē eſt mor
tale ꝛ ſolū tale·mō inanis glo
ria quedā eſt contr̄ caritatem
quedā nō·Et licꝫ pccm̄ inanis
glorie p̄ciſe ſcđm ſe cōſideratū
⁊ ꝓut ſibi nō ꝯiūgitur aliud
peccatū nō repugnat caritati
proximi ut ꝙ quis appetat bo
na que in ipō ſunt vel apparēt
maīfeſta fieri alijs ꝛ laudari et
hoc p̄ciſe ꝓpter delcāt̄ōem quā
habet in aliorū laude hoc nō ē
ꝯtra caitatē proxī nec aliquo

mō in nocumētū eiꝰ· ¶ Poteſt k
tñ inanis gloria eē ꝯtra carita
tē proximi inq̄ꝫtum aliud pec
catū ei ſcꝫ inani glorie ꝯiunctū
eſt·vnde hec p̄ma r̄gula eſt·ꝙ
qñcumqꝫ ordinatr̄ inanis glo
ria in aliud pccm̄ mōrle tanꝙ̄
in finem ut cū quis vult videri
doctus ut alij ſibi credant ⁊ ſic
eos perducat in perfidiā·vel cū
quis ſe laudat de fidelitate vel
facit ſimulata opa̋ ut eum eſti
mēt ꝓbum ꝛ fidelem ⁊ ſic poſ
ſit eos dāṅificare in rebus per
furtū vel ꝑ aliam fraudē nōbi
liter p̄ſertim dānoſam vl̄ cum
q̄s vult videri diues vel nobil
ꝓpter hoc ut mulierē aliquam
poſſit allicere in ſui amorē ꝛ cō
ſenſum luxurioſū·Tū qꝛ illud
eſſꝫ cōtra caitatem proximi qꝛ
in magnū nocumentum fierꝫ
peccatu, mōrle·Et de illo ſona
bāt etiā r̄gule poſite ſup̄ de ſup
bia qñ ſit pccm̄ mōrle· ¶ Se l
cūda regula ē·Quāuis pccm̄
inanis glorie p̄ciſe ſcđm ſe ꝯſi
deratū ꝛ ſine coniūctōe alteriꝰ
pcc̄i nō ſit ꝯtra caritatē proxi
mi ē ut ſic cōtra caritatē dei tri
pliciter ſm̄ thō·Primo ratōe
materie de qua quis gloiatur
ut cū quis gloriatur de aliquo
falſo quod eſt cōtrarium dn̄e
reuerencie ſic illud·Ezech·xx
viij·Eleuatum eſt cor tuum et
dixiſti deus ego ſum Suo mō

ſi gloriaretur de oipotētia. oi ſciētia. vel q3 eſſ3 deus a ſic lau dari appeter3 valde peccaret otra dei reuerētiam a mōaliter Sicut fecit alexander magn9 q̄ filius iouis a multis dici de lectabatur. attñ cū telo graui ter in expugnacōne ciuitatis vulneratus eſſ3 ait. oēs me dei filium clamāt. ſed hoc telū me hoiem eē fatetur. Item idem cū ſe p deo adorari vellet. Quidā miles ei ait. Si dij corp9 aio tuo eq̄ſſent. capite celum a ma nibus vtroſq3 fines terre cape res aut tāgeres. Cū ſis igitur equalis alijs. alijs te non pſe ras. Hic feciſſe volunt octaui anus. ſi ſibilla maiorem ei nō ondiſſ3. Et herodes fecit ſe ad orari p deo ut pt3 actu. xij. Si militer ſi q̄s gloriam querer3 de aliquo bono tanq̄ a ſe hito a nō tanq̄ a deo accepto me re gratuito gloriaretur de fal ſo ſc3 q3 aliq̄d haber3 a ſeipſo a nō a deo. eſſ3 cōtra dei reuerē tiam peccatū mōale. Sicut fe ciſſe videtur nabuchodonoſor monarcha qui in pallacio de ambulās ait. nōne hec eſt ba bilon ciuitas magna quā ego edificaui in domū regni i robo re fortitudinis mee a in gloia decoris mei daniel. iiij. quo lo quente ſtatim vox ſibi omina batur q3 ſeptem annis ut bos

fenum comedere deber3 a pua ri ſeſibus. Ad illum primū mo dum etiā pertin3 ſcdm thō. Cū quis bonū tēporale de quo q̄s gloriatur pferr3 deo q3 hoc phibetur iere. ix. Non glorie tur ſapiēs in ſapiētia ſua nec fortis i fortitudine ſua. nec di ues in diuicijs ſuis. ſed in hoc glorietur q̄ gloriatur ſcire a noſſe me q3 ego ſū domin9 q̄ facio miſericordiā a iudicium a iuſticiā in terra. hec eni placet mihi ait domin9. Secūdo m mō appetitus ianis glorie cōtra riatur dilectiōi dei ex pte eius a quo gloria queritur. ut cum q̄s teſtimoniū a approbacōe3 hoim pfert teſtionijs a appro bacōib9 dei. Sicut otra quoſ dam de pncipibus ſacdotū di citur ioh. xij. q3 dilexerūt pluſ gloriam hoim q̄ gloriam dei nā ut ibi habetur. multi ex pn cipib9 a legiſperitis a ſacdoti b9 crediderūt in xpm ſed prop ter phariſeos nō cōfitebātur ne de ſynagoga eicerent q̄d eāt apd eos valde ignomioſū Iſti ergo plus refugerunt illā ignominiā a plus dilexerunt gloriā hoim a plus voluerūt honorari a tanq̄ boni reputai a approbari ab hoibus q̄ glo riā dei id ē q̄ appecierūt a deo approbai a corā eo iuſti exiſte re Et ſcdm nicolaum de lira de

iuſtorum numero in pte vel in
toto fuerūt nicodē⁹ q̄ ad ihm
venit nocte ⁊ prīcipes ⁊c̄ ioh·
ut ſup̄ ⁊ ioſeph ab arimathia
n ⁊ gāmaliel ⁊c̄· ¶ Tercio mō
appetit⁹ vane gloie r̄pugnat
dilectōi dei ⁊ hoc ex pte ip̄ius
gloriātis ſc; qui intencōe; ſuā
refert ad gloiam tanq̄ͥ ad vl
timū finē· ita q̄ꝛ gloriā appetit
ꝓpter ſeip̄m nullo mō referēdo
eam in vtilitatem proxi aut dei
honorem finalit̄ Et qui opera
virtutū ordinat vltiate in glo
riam ſuā tanq̄ͥ in ſuū ⁊ optim
ſibi ut q̄ꝛ ieiūat dat elemoſinā
⁊ ſimilia ut alij ſciāt ⁊ eū gloi
ficēt· Et qui tāte diligit eam ⁊
appetit q̄ꝛ etiā ꝓpt ip̄a; oſequē
dam nō p̄termittit facere otra
deū ſic eſt pcc̄m mo̅rle· Quādo
vero gloria ē vana aliquo mo
dorꝫ ſup̄ poſitorꝫ circa ſecūdā
ꝓpoſicōnem attn̄ non repugt̄
dilectōni aliquorꝫ modorum
nūc p̄tactorum· tūc appetitus
vane glorie non eſt peccatum
mo̅rle ſꝫ ſolū veiale ut dic̄· tho·

¶ Capitulū ·xv·

a Vndecimo hic prohi
betur yꝓcriſis· nā ex
p̄miſſis ptꝫ· Sic finis
ſupbie eſt ꝓpa excellēcia quā
intendit ſupbus· ſic finis appe
ticōnis inanis glorie eſt mani
feſtacō ꝓprie excellēcie q̄ꝛ illā
intēdit vane gloioſ⁹· ad hāc
aūt manifeſtacōem ſcdm tho·
2·2·q· Cxxxij· ar· v· poteſt quiſ
tedere ⁊ directe tripliciter· Pri
mo per verba ⁊ ſic eſt iactan
cia· Secūdo p facta falſa ⁊ ſic
eſt yꝓcriſ· Tercō p facta verā
habētia quādā ammiracōnem
⁊ ſic eſt p̄ſūpcio nouitatū· De
yꝓcriſi ergo tria ſūt dicenda
Primo q̄d ſit ⁊ qualit̄ cōmitti
tur ⁊ q̄ͥ mala ſit· Secūdo q̄n
ſit pcc̄m mo̅rle ſeu ſub p̄cepto
ꝓhibita· Tercō ā q̄s ſe mino
rē poſſit oſtēdere q̄ꝛ ſit in re, q̄d
vōtur proma· ¶ Quātū ad·i· b
nōndū ſm tho· vbi ſup̄ q̄ꝛ yꝓ
criſ duplicit̄ capitur vno mō
omūiter· alio mō ꝓprie· cōmui
ter ſeu generaliter yꝓcriſ idē
eſt q̄ꝛ ſiſacō ⁊ ſic ē mēdatiū cō
ſiſtēs in ſignis exteriorꝫ facto
rum ut cū quis per aliqua exte
riora ſignarēꝫ· aut factorum
aliquid de ſe ſignat q̄d i eo nō
eſt· aut meli⁹ aut excellentius
q̄ͥ in eo veraciter exiſtat· ⁊ iſto
mō magn⁹ apparatus veſtiū eſt
ſimulacō ſeu yꝓcriſ ſtatuē ſiue
ſapiētie· Et magnus ſtatus ⁊
ſumptuoſus in equis ſeruis ⁊
ſimilibꝫ eſt ſimulacō diuiciarꝫ
⁊ potencie· Et ſic omis ſimula
cō ſeu yꝓcriſis eſt mēdatium
⁊ ideo peccatū ⁊ aliquādo mo̅r
le ſi eſt cōtra caritatem· aliquā
do veiale ſic̄ de mēdacō dicetur
infra in p̄cepto· viij· capitu·i·

c ¶ Cauſa aūt q̄re ſimulacō eſt
peccatū eſt illa dicit thō. ibidē
q2 ad virtutē vitatis ptinet
ut aliquis talē ſe exhibeat ex
terius p ſigna exterioꝛa q̄lis ē
Signa autem exterioꝛa nō ſo
lū ſūt verba ſ3 etiā facta. ſic er
go veritati oppoitur q aliq̄s
p verba exterioꝛa ſignificet ali
ud q̄ h3 apud ſe quod ad mē
datium ptiet. ita etiā vitati
oppoitur q aliquis p aliq̄ ſig
na factoꝝ vel reꝝ aliquid de
ſe ſignific3 ꝯtrariū eius quod
ī eo ē qd ꝓpꝛie ſimulacō dicitur
d ¶ Tn̄ ſic dic aug9. ī li. de q̄ſti
oibus euāgelij. Nō oie qd ſin
gim9 mēdatiū eſt. ſ3 qn̄ illud
fingimus qd nihil ſignificat
tunc eſt mēdatium. Cū autē fi
ctio nr̄a refertur ad aliquā ſig
nificacōem non eſt mendatiū
ſ3 aliqua figuā veritatis. Et ſb
iūgit exēplum de figuratis lo
cucōnib9 in quib9 quidē fin
gimus res. nō ut aſſeratur ita
eē ſed eas ꝓponimus ut figurā
alterius qd aſſerere volumus
Sic igitur ſe finxit dn̄s lōgi9
ire luc. vltio. Quia ꝯpoſuit mo
tū ſuum quaſi volētis longi9
ire ad aliud figuātie ſignificā
dū ſc3 q ipſe ab eoꝝ fide lōge
erat ut gre. dicit. Eſt igitur ut
dicit thō. ſimulacō pccm̄ ſim
pliciter q2 non refert veꝝ q̄s
verbo vel quocūq3 facto alij
mētiatur. Tn̄ vlricus dic. ſi q̄s
dat p aliquod opus vel p ver
bū duplex aliquid ītelligere
quod non eſt: non ītencōe fal
lendi. ſed intencōne vtilitatis
ꝯſequētis talē ſimulacōnē nō
eſſe pccm̄. ¶ Cir qd tn̄ notat e
thō. q ſicut aliq̄s verbo mēti
tur quādo ſignificat qd non ē
nō aūt quādo tacet qd ē qd q̄
dē aliquādo lic3. Ita ſimulacio
ē quādo aliq̄s p exterioā ſigna
factoꝝ vel reꝝ ſignificat aliq̄d
quod non eſt. nō autem ſi ali
quis pretermittat ſignificare
qd ē. vnde aliq̄s pōt occultaē
ſuū pccm̄ ſine pccō. Alio modo
capit ypocriſ in ſacra ſcriptu
ra ꝓpꝛie ⁊ ē ſimulatio ſanctita
tis ⁊ iuſtitie quā quis non h3
⁊ ſic ypocrita eſt qui p exteri
oꝛa ſigna factoꝝ ſanctitatē ā
quācūq3 virtutē quā non ha
b3 ſimulat cū ītencōe ut alij cre
dant eū talē eſſe. Et talis ypo
criſis ſemp ē peccatū. Sicut ⁊
omne mendacium eſt peccatū
ip̄a aūt ypocriſis eſt mēdatiū
ī facto. vnde ypocriſis duo di
cit. ſc3 defectū ſāctitatis ⁊ ſimu
lacōe3 ſāctitatis ipſi9. ideo au
g9. dicit ſup pſ. lxiiij. Simu
lata eq̄tas non ē equitas ſ3 du
plex eſt iniq̄tas Eſt eni ibi du
plex pccm̄ ſc3 in ypocrita. vic3
iniq̄tas occulta ⁊ falſitas ſan
ctitatis in oſtenſione. ¶ Hec f

aūt ypocriſis in quīqȝ perſonis
ſe inflectere ſolet ſepiꝰ· Primo
ī hereticis de quo math·vij· At
tēdite a falſis ꝓphis q̄ veniūt
ad vos ī veſtimētis ouiū intrī
ſecus aūt ſūt lupi rapaces· Se
cūdo in fictis clericis ⁊ r̄ligio
ſis de quibus dicitur· dū ore ⁊
habitu non corde deo ſe ſeruiē
oſtēdūt ꝑ xp̄m math·xv· ypo
c̄te bn̄ ꝓphetauit de vob̄·yſai·
xxix· Populꝰ hic labiis me ho
norat·cor autē eorꝝ longe eſt
a me·Et math·xxiij· Ve vob̄
ſcribe ⁊ phariſei ypocͤte q̄ clau
ditis regnum celorꝝ āte homi
nes·vos enim nō intr̄tis ſcȝ ma
le viuēdo·neqȝ introeūtes ſini
tis intr̄re ſcȝ ꝑ exēpla mala eoꝝ
inficiēdo· Tercīo in fictis iudici
bȝ a ſcabis ac dn̄is tēporalibꝰ
qui cū iuſticiam deberēt defen
dere a ſe hoc facere ꝓtendāt in
trinſecꝰ ſūt pleni dolo a aua
ricia· De q̄bus math·xxiij· Ve
vobis ſcribe ⁊ phariſei ypocͤte
qui mūdatis quod deforis eſt
calicis a parapſidis·intus aūt
pleni eſtis rapia ⁊ immūdicia
ve vobis ſcribe a phariſei ypoc
te qui ſiles eſtis ſepulchris de
albatis q̄ foris apparent homi
bus ſpecioſa·intus vero plena
ſunt oſſibꝰ mortuorꝝ ⁊ omni
ſpurcitia Qr̄to in fictis viduis
et virginibꝰ que in deliciis vi
uentes vel nequitiis aliis pre

honorari volunt·vnde iob·xx·
Si aſcēderit vſqȝ ad celos ſu
perbia eius a caput eiꝰ nubes
tetigerit quaſi ſterquilinīū in
fine perdetur· Quīto in paupe
bus ficte mēdicantibus de qui
bus luc·xx· ait xp̄s Attendite a
ſcribis qui volunt ambulare ī
ſtolis a amant ſalutacōnes in
foro ⁊ p̄mas cathedras ī ſyna
gogis·⁊ p̄mos accubitus ī cō
uiuiis qui deuorant domos vi
duarum ſimulantes longam
oracōnem hii accipient dāna
cōnem maiorē· ¶ Sed quo g
mō cognoſcitur quis ypocͤta
eſſe· Rn̄det auguſtinꝰ ſuper il
lo luce·vi· Nō poteſt arbor bo
na fructus malos facere a c̄· ꝙ
a tribus cognoſcūtur ypocrite
Primū eſt bonorum oppreſſio
vel perſequendo·vel detrahendo
Omnes enim ypocrite detrc̄to
res ſunt· Secūdum eſt facilis
reprehēſio aliorū quod faciūt
ut videantur habere zelū· Ter
tium eſt impaciētia in adūſis
Super omnes enim mouētur
a offenduntur ad cōtumelias
ſibi dictas·quia querunt glo
riam ideo dolent ad cōtumeliā
vnde dicit ieronimꝰ Non que
ras gloriam ⁊ non dolebis cū
inglorioſus fueris·qui laudem
non appetit non ſentit cōtume
lias· ¶ Sȝ diceres ſunt ergo h
mali religioſi vel clerici ypocͤte

Rn̄dit thō̃ . habitus ſc̄tatis
puta religionis vel cleicatus
ſignificat ſtatum quo q̄s ob
ligatur ad opa perfectiōis . et
ideo cū quis habitum ſāctita
tis aſſumit intēdens ſe ad ſta
tum perfectionis trāſferre . ſi p
īfirmitatē deficiat . nō ē ſimula
tor vel ypocrita q2 nō tenetur
maīfeſtare ſuum pcc̄m . ſancti
tatis habitū deponendo . Si
aūt ad hoc habitum ſanctita
tis aſſumeret . ut ſe iuſtū oſten
deret eſſz ypocta et ſimulator .
vñ gre . dic . xxxi . mor̄ . Sunt
nōnulli q̄ et ſāctitatis hītum
tenēt 7 pfectiōis merita exeq̄
non valēt . hos nequaq̄ crede
dū ē in ypocritarz numero cur
rere . q2 aliud ē infirmitate pec
i care . aliud malitia . ¶ Hoz ite
trū dubitares . vtrz aliquis ſi
mulās ſanctitatem ad honorē
dei 7 edificacōem proximi pec
cet . Rn̄det pe . de tharētaſia in
quodlibe . duplex eſt ſimulacō
quedā que ſit ab aliquo ut ini
quitas ſua pallietur 7 ipē ab
hoibus laudetur et bon9 repu
tetur . et hec ē pcc̄m . Alia ſit ad
dei honorē et proximorz edifi
cacōnem . ut ſi aliquis religio
ſus maiorē religionē oſtēdit
coram ſecularibus q̄ corā ſuis
fratribus ut ipi magis edificē
tur . iſte nō peccat ſed meretur
hec ille . Exēplum in btō dñico



p quadrageſimā i pane et aq̄
cū ſocio ieiunante ut hereticos
ouerterz . Et ſic epūs oxomeñ
didacus oli coñ hereticos albi
enſes hortabatur abbates ea
dem intencōe ut pedes irent in
pauptate . ¶ Quo ad . ij . pñci k
pale nōndū ſcōm thō̃ . q ypo
criſis ſecūdo mō ſūpta . aliqñ
ē pcc̄m mo̅rle et aliqñ veniale
Qñ autē ſit mo̅rle vel veniale
ē attēdendū ex fine quē ipē fin
gens intēdit . Si nāq3 talis ſi
nis eſt ↄtra caritatē eſt pcc̄m
mo̅rle Sicut cū quis ſimulat
ſanctitatem ut falſā doctrinā
ſeminet in qua ſibi nō tam cito
crederetur niſi ſāctus 7 iuſtus
apparerz . quales ſunt cōmuni
ter heretici . ppt' qd' dicit domi9
math . vij . Attēdite a falſis p
phetis qui veniunt ad vos in ve
ſtimentis ouium itrinſec9 au
tē ſunt lupi rapaces . vel cū q̄s
ſimulat ſāctitatem ut idign9
adipiſcatur eccleſiaſticā dig
nitatem vel ut adipiſcat' alia
temporalia quecūq3 cū dāno
aliorz . vel ſimulat ſāctitatē ut
familiarior fiat alicui mulieri
aliene . ut eā p hoc decipiat 7
in ſuum cōſenſū allitiat et ſic de
alijs hmōi finibus qui ſūt cō
tra caritatem dei vel proximi
hec videtur eē mēs ſācti docto
ris . vnde 7 vlricus li . vi . trac .
iij . c . xxviij . dic . Cum aliquis

ſilat ſāctitatē quā non habet
ꝓpter hoc ut detur ei aliqͥd Si
cut illi de qͥbus math·xxiij·di
citur Ve vobis ypocrite qui co
meditis domos viduaꝝ·pecca
tū mortale ē·quia rapit qd debe
tur ſācto quia quod datur ei
datur in nomine iuſti·Itē quā
do talē ſimulacōnem facit ex i
ſaciabili auaricia Si aūt aliqͥs
pro ſua neceſſitate ſimulet am
pliorē indigēciā ꝙ habeat nō
eſt hoc mortale peccatum Sicut
faciūt illi qui cōmuniter trutan
ni vocantur·de hijs enim dicit
criſoſtom⁹ ꝙ tal' ſimulacō po
ti⁹ eſt culpa diuitū ꝙ pauperꝝ
qui ex ſui indigētia ad hoc cō
l pelluntur· ¶ Si aūt ſcdꝫ tho·
finis intētus nō repugnat cai
tati·tūc manet veniale ut cum
quis fingit ſolū qꝛ delectatur
i ſic fingēdo·de quo dicit ph'ſ·
iiij·ethicorū ꝙ magis videtur
vanus ꝙ malus vel ſi fingerꝫ
ꝓpter lucrū·Eadem enim racio
de fictōne ⁊ mēdatio ut dictū
eſt precedenti capitulo·Tū
ſiue ypocriſis ſit veniale ſiue mor
tale peccatū eſt periculoſum et
multipliciter nociuū·ut patet
pͥmo ex verbis criſti qui ypocri
tas fere pͥ alijs īpugnāt math·
xxiij·ſeptēpliciꝫ·Et math·vi·
Exterminant enim facies ſuas
ut appareāt hominibꝫ ieiunan
tes·Et luce·xij·Attendite a fer

mēto phariſeorum qd eſt ypo
criſis·Et marci·vij·ypocrita ei
ce pͥmum trabem de oculo tuo
Secūdo quia raro ad melius
cōuertuntur·Tum quia ſe bo
nos putant aliorum laude de
lectati iob·xxxvi·Vincti non
clamabunt glō·quia humane
laudis auiditate ſuperati ſcōs
ſe eſſe miſeri etiam cum i pecca
tis morentur putant Tum qꝛ
ſpiritusſanctus eos fugit ſine
quo cōuerti nō poſſunt Sap·
i·Spiritusſanctus diſcipline
effugiet fictū·Tum etiā quia
dyabolus noſcitur eſſe in eis ⁊
dormit iob·xl·Sub vmbrā dor
mit in ſecreto thalami·ſcilicet
in quo nullus fruct⁹ ſtips va
cuus ⁊ radix in limo laudis eſt
fūdatus Tercō quia ſunt ſimi
les ſterquilinio niue tecto Se
pulchris pulchris cadaueribꝫ
plenis·vulpibus quarum pel
lis eſt bona ⁊ carnes inanes·ſi
moni qui angariatus crucem
dn̄i portauit Et vulpi que ſe mor
tuam fingit quo adusqꝫ corui
cem capiat·Cigno qui exteri⁹
eſt albus caro autē eius nigra
¶ Quo ad tertiū principale m
queritur vtrum yronia ꝑ quā
aliquis minora de ſe fingit ſit
peccatum·Reſpōſio ſcd'm tho·
2·2·queſtione·Cxiij·Quod
aliquis de ſeipſo minora dicat
poteſt contingere dupliciter

vno mō ſalua veritate dum ſcʒ
maiora que ſūt i ſeipſ reticent
quedā vero minoꝛa detegūt ⁊
de ſe proferūt que tn̄ in ſe eſſe
cognoſcūt. Et ſic minora de ſe
dicere nō ptīet ad yroniam
nec etiā eſt pcc̄m ſcd̄m genus
ſuum niſi p alicui⁹ circūſtācie
corrupcōeʒ. Alio modo aliq̄s
dicit minora a veritate declinās
puta cū aſſeit aliq̄d vile de ſe
qđ in ſe non cognoſcit aut cū
negat de ſe aliq̄d magnū qđ
tn̄ percipit in ſeipō eſſe. ⁊ hoc
ptīet ad yroniam ⁊ eſt ſepꝛe
pcc̄m. vn̄ Aug⁹. li. de verbis
dni. Cū hūilitatis cauſa mēti
ris. ſi nō eras pcc̄oꝛ anteq̄ꝫ mē
tireris. mētiēdo pcc̄oꝛ efficeris
Et ſi obicis illud greḡ. ad au
g⁹. angloꝝ epm̄. bonaꝝ mē
tiū ē ibi culpas agnoſcere vbi
culpa non ē ṙx. tho. Qđ ad bo
nitatem mētis ptīet ut hō ad
iuſtitie pfectionē tendat ideo
in culpam r̄putat non ſolū ſi
deficiat a omuni iuſtitia que ve
re culpa eſt. ſed etiā ſi deficiat
a iuſtitie perfectiōe. que qn̄qꝫ
culpa non eſt. non aūt culpā
dicit qđ p culpa nō recogno
ſcit qđ ad yronie mendaciū p
tīet. Nō tamē q̄ yronia p defe
ctū pprie oppoitur iactantie q̄
ambo cōſiſtūt i verb. in factis
aūt videtur aliq̄d opponi ypo
criſi p diminucōem ſuo modo
ſic de yroia. ¶ Capitu. xvi.

D Vodecīo prohibetur
pſūpcō ſiue ſit noui
tatū ſiue alia. ¶ Dn̄ a
de ecc̄ā. xxxvij. O preſumpcio
neq̄ſſima vnde creata es glō.
a mala volūtate ſcʒ deficiente.
vbi nōndū q̄ preſūpcō quedꝫ
eſt bona qua ſcʒ in quibuſdā
id quod in nobis eſt facimus
⁊ de reſiduo in dn̄um auxiliū
ſperamus ⁊ de deo pſūmimus
Alia mala qua q̄s de ſe inoꝛdi
nate ⁊ nimis cōfidit de vtr̄qꝫ
dicitur iudith. vi. q̄ non deſe
ris pſumētes de te ⁊ de ſe pre
ſumentes humilias. mala pre
ſūptio eſt duplex. quedā vō
tur preſumpcō nouitatū que
ē filia inanis glorie ſcd̄ʒ greḡ.
Alia eſt pſumptio reſpectu ali
oꝛū illicite que etiā nō habēt
nouitatem ſeu ammiracōnem
ſpālē. Item quedā ē preſump
cō que ē pcc̄m i ſpm̄ ſanctum
Alia eſt pccā alleuiatīa de qui
b⁹ duab⁹ habes ſup̄ in. i. pre
cepto vicʒ de ſpe. Eſt igitur p
ſumpcō quītuplex. prima bō
de meritis vel de dei bonitate cō
fidētia humil. Secūda peccati
excuſatīa in parte ſʒ bene faciē
di protelatīa. Tertia preſūp
cio generalis. Quarta ſpecial
que dicitur nouitatum pſūp
cio. Quinta peccatum in ſpm̄
ſactū ¶ De pſumpcōe igitur b

nouitatū· p̄mo aduertēdū q̄
nouitatū inuentio eſt triplex
Quedam licita et virtuoſa ut
modus acquirēdi perfectionē
vite ſpiritualis· Sic ſamuel cu
neos reperit ꝯplextā· dauid
cātorum numerū· helyas ana
choreſim in veteri teſtamēto· in
nouo iohānes baptiſta· Item
maria et Joſeph matrimoniū
v̄gineū· anthoni⁹ monachatū
vl' poci⁹ xp̄s vel iohānes bap
tiſta ſcd̄m criſoſtomū· Alia eſt
vana ſupflua vel modicū pecca
tum· ut inutiliter in artib; labo
rādo in alchimia ⁊ in alijs expe
rientijs vltra q̄ oportet ſe occu
pando· Tertia eſt nouitatū in
uencō viciōſa qua nouus peccā
di mod⁹ repitur p quē alij ꝑfi
cientes in malis imbuuntur·
c ¶ Secūdo nōnd q̄ hoc viciū
multis generibus hoīm ſe infle
ctit· Primo in hereticos qui de
ſuo ingenio p̄ſumētes noua cō
fingūt· Secūdo in religioſos
qui cōtra vel ſup̄ ſtatuta ſenio
rū ſicut phariſei ſingulaia que
dā interdū cōfingūt viſiones
ut ſācti appareant ⁊ ſilia· Ter
cio i artificēs mechaīcos ut ſu
tores ſartoēs fabros et etiā ho
mines ſe ſupbe veſtiētes· Quar
to mercatores cū contractibus
raris cābijs rempcōnib; vita
litijs et ſimilib; varijs· nam cū
p vſurā manifeſtā lucrari non
audeāt p auaros ꝯtractus, tan
q̄ varijs vijs ad lucrū tendūt
Quīto iudices ſcabini aduoca
ti ⁊ huiuſmoi nouis modis in
iuſticiam defendentes. Sexto
dn̄i tēporales nouos modos il
licitos exactōnandi reperiētes
in tatijs in ſteuris et ſimilibus
Septimo clerici et religioſi no
uos modos cātandi trahat' eos
ꝓpter queſtum vel ob apparen
tiam reperiētes· ¶ Tercio nōn d
dum quādo ſit mor̄tale· nā quā
do aliquis p̄ſumit aliq̄d inueni
re de ſciencia ut nouos errores
ut alios in errorē ducat vel no
uos modos quib; alios nōbi
lit' dep̄mat vel exactōnem inde
bite inueniat vel in finem qui tē
dit in mor̄tale peccatū aliquem
inducat· In hijs et alijs quan
do caritati dei vel proxim' rpug
nat ſicut ſupra dictum eſt: mor̄ta
le peccatū eſt Et quia q̄s parti
ceps efficitur in malis ſequēti
b⁹ que quis p̄mo inueīt val
de latum peccatū eſt et periculo
ſum nouitatum inuencō illici
ta ut inuentores veſtium ſup
bie deſeruiētium nouarum cā
tilenarum ⁊ ſimilium· ¶ Quā e
to nōndum q̄ q̄uis non ſem
per ſit peccatū mor̄tle nouita
tum inuencō· tamen periculo
ſum eſt ut oſtēdunt plura· Pri
mo ut dictū ē q̄ aliq̄s tot ma
lorum hic p pcc̄a et in futuroꝝ

penas particeps efficitur quot
malis alijs futuris ⁊ pſentibꝫ
hoibꝫ occaſionē p inuēcōnem
nouam ammiſtrat. Secūdo
qꝛ oēs inuētores nouitatum
illicitaꝝ oēs mali fuerunt ⁊ fi
lij hoim. Nam p̄mus inuentoꝛ
auaritie fuit cayn qui p̄mus ci
uitatē fecit gen̄. iiij. iniuriā fa
ciēs illuc fugit. mēſuras fecit ⁊
terminos in agris ſtatuit. Ab
iſto cayn ſeptīo gradu deſcen
dit lamech. qui primus biga
miā repit ⁊ ſic primus adul
ter fuit huiꝰ filij ⁊ filie omneſ
fere curioſas artes repierūt
ut hꝫ gen̄. iiij. quia eius filiuſ
yabel pr̄ fuit habitātium in tē
torijs. Thubalchayn p̄mus
ſculpturas mō aliū curioſas fec̄
Noema filia p̄mo variam tex
turam reperit. cū a principio
a dō aialiū pellibꝫ coopimē
ta fuerit ordinata. Tubal ipē
fuit pr̄ cantētū in cithara ⁊ or
gano. hec omia gen̄. iiij. ⁊ li. ij.
ſpec̄. hiſto. vincencij. Hij etiā
cū omi ſua cognacōne diluuio
interierūt. Tercīo qꝛ omnes q̄
poſtea auxerūt vel dilatauerūt
nouitatū inuencōes mali fue
rūt ⁊ miſerabilr̄ mortui. ut ex
martiniana ptꝫ hiſtoia vbi le
gitur qꝛ tulius hoſtilius tertiꝰ
de primis regibus rōnoꝝ ſcꝫ
poſt romulū ſecūdus q̄ p̄muſ
purpura eſt vſus ⁊ tādē cū tō
domo ſua fulmine arſit. Nero
imperatoꝛ quītus ab octauia
no q̄ piſcabatur retibꝰ aureiſ
que ſericis funibꝫ extēdebātur
nullā veſtē bis induit. ſoleas
argēteas mulis fecit. tādem a
rōnis de palacō fugatus extr̄
litia ſꝫ ex ignorātia duobus i
papatū electis. poſtea aīo adhe
ſit illi ꝙ minus ius habuit Pa
ſcaſio igr̄ defūcto: ſcūs germa
nus eps̄ capuan⁹ de ꝯſilio me
dicoꝝ i t̄mis ſe lauaē volēs cū
ſeruiētem in feruēti aqua repe
rit. a quo cū queſiſſꝫ cām tāte
ſeruitutis. rn̄dit ꝙ ꝓpter adhe
ſionē p̄dictam Et ſi miq̄t ꝓ me
oraueris. a reuerſus non me
h inueneris. liberatus ſū. qđ
⁊ factū ē. Et dicit greg. ꝙ ele
moſinis paſcaſi⁹ meruit libera
d ri citi⁹ a germani p̄ce // Ter
cō valet ꝓ aīabꝫ oracō. ⁊ plus
ceteris ꝑibꝫ ꝙ p̄cedētia a hoc ꝑ

viā grē ⁊ ꝑ intercellioēꝫ mem
broꝝ xp̄i. Melius ei ē opus cari
tatis qđ dirigit᷑ in deū ut oro
ꝙ qđ dirigitur in ſe vel in pro
ximū. ut ſolū ieiuniū vl elemo
ſina. vn̄ dicit ſco. ſup quolibet. q.
penul. Inter oīa meritoria oro
magis habet racōnem meriti
applicabilis alteri. qꝛ ip̄a de ra
cōe ſui ē placatiua ⁊ recōciliati
ua dei a ecīā iſti⁹ ꝓ quo ꝑ ip
ſū oratē offertur. hec ille. vnde
ſm̄ pe. pa. in. iiij. di. xlv. oracō
ſcōꝝ in p̄ria valet ꝓ aīabꝫ qꝛ
forte bn̄ficijs pri⁹ adiute ſūt
dū hic viuerēt. valet eciam p̄
ces. p̄ſertim viatoꝝ iuſtoꝝ. ⁊
pre oībꝰ oracōibꝰ bti Anſel.
vl alioꝝ valet quo ad deuocō
nē oracō dominica ſcꝫ pr̄ nr̄ qꝛ
iudex noſter ſcūs ē aduocātus
noſter cui eēt obprobriū vi
re cōtra ſuū motiū. a infrigere
vel caſſare qđ ibi docuit a for
mauit. vn̄ in cimiterio ⁊ alibi
dici dꝫ Requiē eciā eſt oracō ſpi
ritusſcī. ꝙ ſm̄ Apoſtolū poſtu
lat ꝓ nob gemitibꝫ ienarrabi
libꝰ id ē nos poſtulaē facit va
let etiā plus ꝙ nr̄e oracōnes.
vigilie defūctoꝝ ab ecc̄ia iſti
tute. qꝛ ex ope opato ideſt ex
ordinacōe a intēcōe ecc̄ie. Exē
plum de hoc refert vincēci⁹ i
ſpeculo hiſtoriali de ſcō Johā
ne elemoſinario p̄riarcha hu
ic cuidā diues dedit. viij. lib. r̄

auri·petēs ut orarꝫ ꝑ ſalute fi
lij ⁊ fris ⁊ nautaꝝ ⁊ nauis mo
ritur filiꝰ ⁊ circa eadē tempora
nauis mergitur cū oībꝫ ↄtētis
niſi ꝙ hoies p̄fati euaſert. Su
p q̊ cū amaicaret dines·vidit
in ſomnis ſimilē Joh·eleo͞ſina
rio ſibi dicēte Cur turbais nō
ne ꝑ ſalute petere iuſſiſti filius
ſaluatus ē·⁊ ſi vixiſſꝫ: īmmūdꝰ
fuiſſꝫ·Alij in vita fuit tuiti·⁊ ni
ſi oro ⁊ elemoſiā intceſſiſſent
oēs cū naui interijſſent. ex p ge
factꝰ igr̄ diues optie ↄtentus
e ē· ¶ Quarto ſup oīa valet di·
greḡ· Sacrificiū altaris id eſt
miſſe celebratio. ⁊ hoc valet p
viā gr̄e ⁊ iuſtitie·quia melius
eſt opꝰ caritatis ↄmūis ſcꝫ to
tiꝰ ecc̄ie q̄ p̄uate ⁊ ſpeālis pſo
ne Et dicit̄ hic oblacō altais
indiſtincte ut dicit ſco·vbi p̄
us Siue ſit ↄſecracō ſiue pcep
cō eukariſtie·ſiue opacō alia
ſacerdotis celebrātis in pſon a
ecc̄ie. ⁊ non accipitur p̄cīſe ꝑ
ↄtento in eukaiſtia qꝛ etiaꝫ ſic
in pixide eēt·hec aūt oblacō ut
ſit deo accepta·oportꝫ ꝙ offe
ratur a pſoā vel a pſois accep
tis deo·ſcd̄m illud Gen̄·iiij·re
ſpexit deꝰ ad abel ſcꝫ p̄mo ⁊ ad
muneā eiꝰ ſcꝫ ſecūdo·vn̄ qn̄ q̄s
celebr̄t miſſaꝫ: oblacō fit·p̄rio
a xp̄o qui ſacramentum illud
ſic inſtituit fieri ſcd̄m illd̄ Joh·
vi·pais quem ego dabo caro

me eſt ꝑ mūdi vita·qꝛ xp̄s eſt
ſūmꝰ ſacdos·q̄ licꝫ immediate
nūc nō offerat·alias eēt infini
tū meritū: tn̄ mediate offert p
miniſtꝝ Fit ſecūdo a xp̄i paſſio
ne ⁊ ab ea habꝫ efficatiā inq̄
tū ibi ſpealioꝛ ↄmemoracō xp̄i
paſſiōis hētur·verb̄·ſignis·⁊
meditacōibꝫ ſm illud luc̄·xxij·
hoc facite i meā ↄmemoracōeꝫ
Et·i·corn̄·xi·Tercō fit ⁊ accep
tatur racōe voluntatis eccleſie
gn̄alis militātis·qꝛ ille intelli
gitur facere cuiꝰ noie vel vice
fit ut di·Hyo·ca·xiij·cele·Jeraꝛ
chie·Q̄rto pōt acceptabilius
fieri vel fructuoſiꝰ ſacrificiū roe
pſonalis meriti offerētis puta
ſacdotis offerentis Quīto pōt
acceptabiliꝰ fieri p priuatā pſo
nā·ſcd̄m ꝙ deuotiꝰ petit miſſaꝫ
celebrai·p̄mū ex dictis tā in bo
nis q̄ i malis ſacdotibus habꝫ
locū ⁊ efficatiā·Q̄rtum ē tm̄ i
bois Qn̄ tū accidit·vn̄ ſm dur·
⁊ tho·in·iiij·di·xij·Eucaiſtia in
miſſe celebracōe duos fructus
p̄ncipalit̄ hꝫ cōferre vnū inq̄
tū eucaiſtia ē ſac̄mētū dat reci
picti eā deuote·maioꝛē vnionē
ad xp̄m fidē·ſpē·caritateꝫ·⁊ alia
plura in ip̄a aīa recipientis cau
ſat·Aliud hꝫ dare eucaiſtia ut
ē nō tm̄ ſac̄mētum·ſꝫ etiā ſacri
ficiū qd̄dā deo acceptiſſimū ꝑ
pt̄ p̄fatas tres cās vel q̄tuoꝛ re
citatas. ⁊ ſic hꝫ vī ſatiſfactōis

ad tollendā penā debitā illi p
quo offertur miſſa a ſacerdo
te ſiue ſit p pctō mortali ſiue
veniali· tā in viuis ꝙ̄ i mortuis
Et ſi queis qn̄tum ergo de pe
na tollit eucariſtie oblacō ſ̄c̄
ſm dur· ibidē non ſemp penā
totam tollit. qꝛ effect⁹ hodiern
ne oblacōis finitus eſt Alias
oēs de purgatorio vna miſſa li
beraret· Sꝫ pl⁹ ꝗ minus tollit
ſm ꝙ ſe extendit deuocō mi
niſtri offerētis. ꝛ virtus ſacri
ficij ꝗ̄ ſoli nō ē· ꝛ reat⁹ ſm bn̄
placitū dei ꝛ ſm diſpoſicōeꝫ il
lius p q̄ offertur Credit tam̄
ārchiſiodoreꝰ· ꝙ nulla miſſa ce
lebret᷑ p q̄ nō plures de pur
gatorio liberētur· Rō veritatē
dicit hre pe· pa· vbi p̄us ſupra
·iiij· Quia qn̄qꝫ multi ſūt i pur
gatorio ſic diſpoſiti ut cito libe
rētur Aut qꝛ iā diu ibi ſteterīt
Aut qꝛ pauca purgāda habu
erūt. Et nōnō ꝙ qn̄to hec q̄tu
or ſuffragia ſūt ex maiori cari
tate: tn̄to ampli⁹ proſiciunt.
ſm petrum de thar· vbi prius

f Quātum aūt ſacramentum
altaris p aiab⁹ valeat doc; gre
go· iiij. dyalo· vbi p̄mo refert
de mōcho noīe iuſt⁹ q̄ in mo
naſterio ſci grego. aliqn̄ eius
dē medicus fuit: tres denarios
occulte habuit quos inuenie̅
tes mōchi: i mādatis a beato
greg· acceperāt· ut morituro ni

ſto null⁹ adeſſꝫ frat᷑· ꝗ mortu
us i ſterqlinio ſepelirer᷑ · mori
tur igr. Sꝫ penitēs iuſt⁹ in ſterq̄
linio ſepelitur· xxx. aūt die iuſ
ſit grego· p eo quotidie p tri
gita dies miſſaꝫ vnā celebrari·
ꝗ tricaſima die iuſt⁹ apparuit
vni de mōchis dicēs· ſe an̄ in
choacōeꝫ miſſaꝝ dictaꝝ male
habuiſſe· ſꝫ poſtea melius ꝗ iā
liberātū Secūdo refert de q̄dā
apud hoſtes detēto p quo vx
or certis dieb⁹ ſacrificiū offer
ri pcurābat. lōgo aūt poſt tpe
liberatus innotuit vxori· p̄dic
tis diebꝫ a vinculꝭ fuiſſe ſolu
tū qn̄ ſacrificiū altaris p eo fu
it oblatū Tercō refert de p̄ſbi
tero q̄ i riuis idē tinis calidiſ
ſimis aliquotiēs ſe lauare̅ ꝯſue
uit· vbi frequēter reperit ſui
torē ſibi oīa exhibētem. q bal
neatores ꝯſueuerūt· tādē redi
ens ne ingrat⁹ eſſꝫ· duas tor
tas id ē panes i quibꝫ potrāt
ꝯfici eucariſtia ſuitori obtulit
Qui ingemiſcēs ait hec mādu
care non valeo. ſꝫ p me queſo
ꝯſecrare digneris celebrādo· do
min⁹ eni fui loci huius· ꝛ pro
meis pctīs hic purgor· Qui re
diēs· me nō inueneris. liberatū
crede. p ebdomadā ergo p̄ſbi
ter quotidie celebrauit· ꝛ redi
ens neminē inueīt· Quarto re
fert de agathone epō cui naui
ganti romā tempeſtas nauim

maxie q̄ſſauit· nauta aūt eius
nauiculā ī naui pēdētē regē vo
lēs cū nauicula fune fracto in
mare ferebatur· die tercō venit
ep̄s cū q̄ſſata naui ī inſulā ho
ſticam vbi celebrauit ꝑ nauta
quē putauit ſb̄merſū Repata
q̃ʒ naui· tādē venit ad rōnū por
tū· vbi nautā ābulātē vidēs· q̄
ſiuit quō euaſiſſʒ· Rn̄dit ille·
Cū nauicula repleta eſſʒ aqua
ibi māſi· q̄ euerſa· carine ſupſe
di ꝑut potui· Cūq̃ʒ poſt dies
qn̄q̃ʒ fame ⁊ laboē ſūditus de
ficere: vidi quēdā mihi panē
porrigentē· q̊ cōfortatus· vidi
nauē trāſeūtē· q̄ me huc adue
xit· Quo intellexit ep̄s eādē di
g em fuiſſe ſue celebrācōis ¶ Quo
ad terciū principale An ſuffra
gia ſcā ꝑ peccatores valeāt de
fūctis Nōnō prio ſcōʒ tho· vbi
pri⁹ q̃ tria ſūt que faciunt opa
viuoꝝ velut cāne quedam ad
aīas defunctoꝝ puenīē Primū
eſt caritatis vnio Secūdū eſt
facientis ſeu ſatiſfacientis intē
cō Terciū eſt obſecrātis oracō
De prio ptʒ· q̃ caitas q̄ eſt vi
culū vniēs mēbra ecc̄ie non ſo
lū ſe ad viuos extēdit: ſʒ etiam
ad defūctos· q̄ in caitate deceſ
ſert· q̃ caitas ē vita q̄ ꝑ morte
corpis nō finitur ſcd̄m illd̄· i· co
rī· xiij· Caritas nunq̄ excidit·
Jdcirco etiā amicitia ⁊ ſocietas
ōīa inter bonos in caritate fir

mata ⁊ fundata ꝑ mortem nō
deſinit· ſʒ manet inter viuos ⁊
mortuos in dn̄o ⁊ ſimilit̄ inter
mortuos in dn̄o int̄ ſe hec cari
tatis vnio facit aliq̊ mō ōīa
cōmūia int̄ hn̄tes eius ſocieta
tē· ita ut in patria quilibʒ gau
deat de bōis alteri⁹ ſingulis Et
in via quilibʒ deuotus gaudet
de ſingulis vere bōis ꝓximi Et
in purgatorio q̄libʒ aīa de bōis
alteri⁹· de quibʒ ponitur articu
l⁹ Scōꝝ cōmunīōeʒ· ymo pl⁹
habēs de caitate· de bonis certis
altei factis amplius gaudʒ ⁊
gratulatur ſcd̄m interioreʒ cō
ſolacōeʒ ⁊ delectacōeʒ q̄ꝫ gau
deat alius qui minorem habet
caitatē· ⁊ cui illud certū bonū
ineſt· De ſecundo videlicʒ de ſa
tiſfaciētis intencōe ptʒ q̃ mor
tui in memorijs hoim viuunt
vn̄ ſicut viu⁹ vnus pro alio in
ſocietate ciuili ſatiſfacere pōt·
ut ptʒ in debitoribus· Sic in
ſocietate caitatis apud deum
vn⁹ ꝑ intencōeʒ altei pōt dare
bona ſua ſatiſfactoia· inq̄ꝫtum
talia· ſiue ſit viu⁹ ſiue defūct⁹
De tercō vicʒ de obſecrātis af
fectōe ſeu orōe ptʒ q̃ ꝑ viam
orōnis aliq̄s altei int̄ dn̄ impe
trat ꝓ mā graʒ· licʒ nō mereat̄·
peccatores etiā de⁹ qn̄q̃ʒ audit
qn̄ ſcilicet petūt aliq̄d deo ac
ceptum· q̃ de⁹ non ſolū iuſtis
ſʒ eciam peccatoribus bona ſua

pu̾iditur ptꝫ· Math· v· non
ex eoꝝ meritis ſꝫ ex ſua clemē
tia Ideo ſup illo Ioh· ix· deꝰ pec
catores nō exaudit. dic· glō.
ꝙ cecus loq̇tur ut nō īunctꝰ
idest ut adhuc nō plene videꝰ
Ad ꝓpoſitū ergo dicēdū ꝙ ſuf
fragia ſiue fiāt p pcc̄ores etiā
ſeculares ſiue per iuſtos vale
re pn̄t defunctis ⁊ ſi non p cai
tatis vnionē: tn̄ p impetracōeꝫ
licꝫ per iuſtos fc̄a plꝰ valeant
hanc viā tho. expſſe tenere vi
detur ſuper· ij. di. xl· q· iiij· vbi
oppoſitā opinionē recitās pn̄
tem ſic approbat· Quia inquit
efficatia ſuffragioꝝ mēſuātuꝛ
ſm caritatē eiꝰ pro quo fiunt·
cū tātū valeāt vnicuiqꝫ qn̄tū
meruit ut ſibi valeret ut augꝰ·
dicit Ideo ab alijs veriꝰ dicitur
ꝙ etiā ipa opacō ſine caritate
facta valꝫ ei pro quo fit virtu
te caitatis eiꝰ ⁊ nō operātis hec
ibi nec in q̇rto oppoſitū vidr
tenē· Concordat wilh· in ꝫoli
b ꝺmo. ¶ Et pe· pa· vbi priꝰ po
nit q̄tuoꝛ g̾dus valoris ſuffra
gioꝝ ⁊ opeꝝ bonoꝝ· Primꝰ ē
ꝙ maxie valꝫ ſuffragiū boi fa
ctū p bono qꝛ oibus mōis tri
bus p̄dcīs p̄t valere· Secun
dus minꝰ valꝫ· licꝫ valeat boni
ꝓ malo viuo qꝛ per modū fre
quētis ipetracōis· Tertiꝰ mali
ꝓ bono. Q̇rtus mali valꝫ pro
malo. qꝛ deꝰ pcc̄ores nō exau

dit idest ſic iuſtos· ſꝫ ſicut pete
tes id qꝺ eſt cōformē dīne vo
lūtati Ex p̄dcīs etiā patꝫ rn̄ſio
ad aliud dubiū quo queritur
vtꝝ ſuffr̄agia fc̄a pro multis oī
bus proſint eq̄lit̾. Re. p̄mo ꝙ
ſuffragiū factū p multis tātū
valꝫ· quo ad gaudiū· cuilibꝫ ī
purgatorio qn̄tum ſi pro quo
libꝫ fierꝫ. Et eadē ratōne valet
etiā pro iſtis aīabus ꝓ quibꝫ
non fit ptꝫ ex p̄mo modo qꝛ
caitas ſm apſm non q̄rit que
ſua ſūt· io ē ſm augꝰ· nō ꝓpria
cōmūibꝰ ſꝫ cōmūia ꝓprijs an
poit vn̄ ſic rligioſus bn̄ diſpo
ſitus plus gaudꝫ de legato fcō
cōmunitati q̄ꝫ de legato ſibi in
ſpēali. Hic eſt ī purgatorio q̊
ad ꝯgratulacōem· Secūdo di
co ꝙ ſuffragiū factū pro mltꝭ
nō tātū valꝫ ſingulis quo ad
liberacōem a pena· quātum va
leret ſi fierꝫ pro vno vel pau
cis ex intēcōe dirigētis ptꝫ qꝛ
opus ſatiſfactoriū eſt finite ef
ficatie i ſatiſfaciēdo· ⁊ q̄ꝫto plu
bus ꝯdiuiditur. tāto minꝰ ſin
gulis cedit ⁊ eſt ſimile i politia
hūana· Si enim quinqꝫ ſūt ī
carcere· quoꝝ quilibet tenetuꝛ
qn̄qꝫ flor· Si ex pte oīm ſol
uo quīqꝫ florenos: non liberā
tur in toto· ſꝫ ſolum in vno· qꝛ
adhuc q̇libꝫ tenetur quatuoꝛ
Sꝫ ſi qn̄qꝫ florenos darē pro
vno: ille plene liberāretur Sic

etiā ē de icarceratis i purgatorio
i Dubitatur adhuc vtrū tātū
valeāt ſuffragia ſucceſſiē otinu
ata: quātū ſimul fcā ut · xxx · miſ
ſe p dies triginta dicte · quātū
triginta vna die dicte · Et ſic de
eleoſina cētū flor · p vnā diem
datorū quātū ſi āniūſariū pcu
raretur · ⁊ ſic de alijs ſꝫ · pe · pa ·
tātū vel pl⁹ valēt quoad meri
tum inſtituentis · qꝛ magis eſt
ad honorē dei otinuacō talium
āniūſariorū Et hoc cōſiderās ec
cleſia · ſic inſtituit āniūſaria · tri
ceſimos ⁊ ſeptuageſimos et
hmōi Sꝫ quo ad celeriorē libe
racōem a purgatorio · ⁊ cicius
videndū deū · plus valet acce
lerata multiplicacō Quia ſacra
mentum i ꝑpoſito habitum ſi
eſt ſuffragium altaris · nunq̄
tantum valet ex ope opato · ſi
cut actu habitum · Et forte ai
ma nō erit tamdiu in purgato
rio quouſqꝫ vltimum ſuffragi
um p āniuerſariū fiet vñ vtrū
qꝫ eſt laudabile · ⁊ pōt ex fon
te caritatis manare ita ut cōti
nuans ſuffragium ōne laudis
otinuacōeꝫ q̄rat · Et ſimul fatteſ
citi⁹ velit eū liberari ut ſtatī do
fruatur · ⁊ ne diu crucietur ⁊c̄ ·

Seq̄tur preceptū Octa
uū de falſo teſtimonio ·
Capitulū Primum

Nunc o octauū precep a
tū ſic poitur Exo · xx ·
Et deu · v · Nō loq̄ris
cōtrā primū tuū falſū
teſtioniū · hic ſm Aug⁹ · noie
falſi teſtionij otra primū dati
telligitur prohiberi oē in gnāli
mēdaciū ſaltē pnicōſū · qd etiā
innuit text⁹ leui · xix · d · Nō mē
tiemini nec decipiat vn⁹quiſqꝫ
proxim ſuū · de quo eē · itelligi
tur illd Sapi · i · os qd mētitur
occidit aiaꝫ Et ps Perdes oēs q̄
loquūtur mendaciū · pmo ſm
tho · 2 · 2 · q · cxxii · ꝓ prohibetur
oīa pccā ad locucioēꝫ ptinētia
q̄bꝫ ſaltē īfertur nocumētū pri
mo ut mendacia pnicioſa de
tractōes blaſphemie · ⁊ hmōi ·
De mēdacō igr̄ tria pncipalit̄
ſūt vidēda Primo q̄d ſit ⁊ quottu
plex mēdatiū ſit · ⁊ an oē men
daciū ſit pccm Secūdo i ſpāli
quot modis q̄s peccat mētiēdo
Tercō qn̄ ſit mōrle vel veniale
pccꝫ Qñtū ad pmū nōnd q b
ad mēdaciū ſm tho · ⁊ doctoēs
omunit̄ i · iij · diſ · xxxviij · duo re
quirūtur · pmo faſa ſignificatio ·
ſecūdo intēcō fallēdi · ⁊ accipit̄
itencō fallendi ꝓ intēcōe aliū
decipiēdi Aut ſibi aſſerendi fal
ſū qd dr̄ ꝓpt̄ mendatiū iocoſū
vbi nō ſemp eſt intencō decipi
endi aliū · ⁊ falſam ſibi opinio
neꝫ generādi · prout quibuſdā
vidr̄ · Ex quo ptꝫ qꝛ differentia

eſt int' mētiri ⁊ iter dicere mē
datū. Ad hoc ei ꝙ aliquis di
cat mēdatū. duo p̄dicta req̄
runtur. Sed ad hoc ꝙ q̄s mē
ciatur ſufficit ſecūd' ſcꝫ ꝙ intē
dat decipe. qꝛ mentiri ē cōn̄ mē
tem ire. Stat eni ꝙ q̄s aliqd'
veꝝ qd' credit eſſe falſum. di
cat cū intētione aliū decipiēdi
tunc dicit cōn̄ menteꝫ. ⁊ tn̄ nō
dic̄ mēdatū. cū ſua aſſercō nō
ſit falſa. Exempli gratia poſito
ꝙ princeps nō ſit vvpenne. ⁊
quis credēs eū ibi eē dicat. vo
lendo aliū decipe. pn̄ceps non
eſt vvpenne. talis mētitur qꝛ
loq̄tur cōn̄ mentem. ⁊ tn̄ veꝝ
dic̄. Simile eſt ſi quis dic̄. de
re vendibili quā credit malaꝫ
ꝙ ſit bona. cū in rei veritate ſit
bona. Secūdo ptꝫ ex p̄dictis
ꝙ oīs q̄ dicat mendatū. menti
tur. ſꝫ non econūſo. ptꝫ r'cio ꝙ
dicēs falſum qd' credit eſſe ve
rum. nec mētitur nec loquitur
mendatū ut dic̄. Aug9. Cum
nō hēat duplex cor nec decipe
intēdat. exēplū Aug9. Si ali
cui gladi9 comendetur. ⁊ dicat
ſe redditur cū ille q̄ comendat
popoſcerit. ſi forte gladiū repe
tat furens: manifeſtū eſt tunc
nō eſſe reddēdū donec r'ſtitua
tur ſanitas non eī in iſta pmiſ
ſione duplex cor hēbatur in p
c mittente. ¶ Secūdo nōndū ꝙ
mēdatū ſit non ſolū p verba



ſꝫ p fcā. ſcripta. nut9. ⁊ ſig̃ ut
ptꝫ de yppocritis ⁊ de religioſo
rū falſ ſignis. vn̄ mendatū in
genē' ſic diffinit' Eſt falſa ſig
ficacō cū itencōe fallendi. Si
ue ergo homo ſignificꝫ falſum
voce. ſcripto. manu. ligua. ſig
no vel veſte Et ſi hoc fac̄. cum i
tencōe fallendi. ā falſum aſſerē
di: ſp eſt mendacium. Vocale
aūt mendaciū diffinitur. Eſt
falſa vocis ſig̃ficacō cū intenci
one fallendi. ¶ Tercō nōndū d
ꝙ nullū mendatū pōt fieri ſine
pccō. ptꝫ Eccīa. vij. Noli velle
mentiri oīe mendaciū aſſidui
tas eī illi9 nō eſt bona. Ad idē
eſt aug9. libro cōn̄ mendatū
dicens. mendacōꝝ multa ſūt
geneā. ſed ea vniūſalit' odiſſe
debem9. nullū eni eſt mendaci
um qd' non ſit cōtrariū veritati
Nā ſic lux ⁊ tenebre. pietas ⁊
impietas. pccm̄ ⁊ recte factū
vita ⁊ mors iter ſe cōtraia ſūt
Ita inter ſe ſūt veritas ⁊ menda
tiū contraia. vn̄ q̄to amam9 il
lā tāto iſta odiſſe debem9. vn̄
pla. in thymeo. Voces ipoſi
te ſūt ut p̄ ſto hāt volūtatis in
dicia. Et mētēs cōtrariū fac̄
Et ph'us. iiij. ethicoꝝ dic̄. ꝙ
mendatū ſm ſe malū eſt ⁊ fu
giendū. Veꝝ aūt bonū ē ⁊ lau
dabile. Et ratio eſt. q̄re oīe mē
datū eſt pccm̄. qꝛ cadit ſupꝛ
indebitā materiā. maxie vocale

⁊ includit actũ ⁊ circũſtantias
ipſum actũ neceſſaio deformã
tes ſic ē eſt de furto ⁊ adulterio
ꝯ ceteris hmõi ꝯuolutis cum
malitia ut di· phs· ij· eth· Vo
ces nãqꝫ iſtitute ſunt ad ſigni
ficandũ alijs mẽtis ꝯceptum
vñ indebitum ē ꝯ ꝯtra voces in
ſtitucões ꝙ quis ſignificet qđ
non habꝫ in mẽte· Secũdo oẽ
mendaciũ ex ſua racõe dicit in
tencõem malã ſcꝫ intencõeꝫ de
cipiendi· ꝯ hmõi impoſſible ē
e eſſe bonũ· ¶ Quo ad ſcḿ prici
pale nõndum ꝙ ſcḿ Aug⁹· li·
de mendacõ· viij· ſũt genẽa mẽ
dacõꝝ· Sco· tñ ſb̄ diuidit quã
tum in duo· Primũ vocatur mẽ
daciũ in doctrina religionis ſci
licꝫ cum quis cũ intentione fal
lendi ſignificat aliqđ falſum
ꝯtrãriũ hijs que fidei ſũt· aut ſa
cre ſcripture· aut etiã contrari
um hijs que ptinent ad bonos
ꝯ xpianos moẽs· Secunđ ge
n⁹ mendacij eſt qđ fit ſolũ ad
nocẽdũ alteri iniuſte ſiue ĩ corpe
ſiue in rebus· ſiue in fama· ſiue
etiã in aĩa· ꝯ vocatur mendaci
um qđ nulli pdeſt ꝯ alicui nocꝫ
Terciũ eſt qđ fit in pfatis bõi
ad nocumentũ vnius ꝓpter vti
litatem alteri⁹ Et vocatur men
daciũ qđ prodeſt vni ⁊ nocet
alteri· Et hec triplicia mendatia
ꝯprehenduntur ſb̄ mendatio
pnicioſo Quartum vocatur mẽ
dacium qđ fit ex ſola libidie mẽ
tiendi· ut cũ qs mentit̄ ſolũ· q
mã placꝫ ſibi· ꝯ delcãtur atqꝫ
gaudꝫ in mentiendo Qũtũ voca
tur iocoſũ ⁊ eſt duplex ſcḿ ſco·
Primũ qđ fit ſolũ cauſa delectã
di alios· ſicut narrare fabulas·
de quibꝫ etiaꝫ audientes ſciunt
ꝙ nõ eſt verꝝ nec decipiuntur
audiẽtes ut plurimũ cũ etiã ſer
mo pferẽtis non ſit talis ꝙ na
tus ſit credi ab audientib⁹ Ali
ud quod fit cauſa ioci ſcđm au
g⁹· vbi ſup· ut cum quis iocan
do intendit aliũ decipere· ita ꝙ
audientes vere decipiantur· nõ
tam in aliquo in quo ſibi mag
num nocumentum inferatur·
In quo iocantur illi qui ſciunt
eum decipi ⁊ finaliter poteſt eti
am ipẽ de hoc iocari· quẽadmo
dum dicit Auguſ· fuiſſe de men
dacõ Ioſeph· qui veracit̄ volu
it decipere fratres ſuos in verb
iſtis· Exploratoẽs eſtis ꝯ cete
ris ſimilibus poſitis Geñ· xlij·
Sextum eſt qđ nulli obeſt id
eſt nulli alteri a ſe· ⁊ tamen ali
cui prodeſt· ꝯ hoc in tẽpalibus
rebus. Exẽplificat Auguſt· ve
lut ſi quiſpiam alicuius pecuni
am iniuſte auferẽdaꝫ ſciat vbi
ſit ſe neſcire mentiatur quocũ
qꝫ interrogante· Septimum
eſt quod nulli obeſt ſed alicui
prodeſt in corpore quia p ip
ſum impeditur alicuius mors

aut alia leſio corpalis. Exẽplũ Aug⁹. velut nolẽs hominẽ ad mortẽ queſitũ pdere mẽciatur Octauum qđ nulli obeſt et ali cui pdeſt ad defenſiõez et cuſto diã caſtitatis: pma tria dicun tur pniciosa mendacia. q̃ vicʒ nocẽt vel ſunt nociua ex ſe cui mentior vel de q̃ mentior. Alia tria iocoſa q̃ nulli pſunt nota biliter nec obſunt. Sʒ tria vl tima officioſa. qꝛ vtilitatis gr̃a ſũt et pſũt alicui et nulli obſũt

f Quãtũ ad .iij. pncipale notã dum primo dictũ Aug⁹. libro de mẽdacio vbi ſic dicit In hiſ .viij. generib⁹ tãto min⁹ q̃ſqʒ peccat cũ mẽtitur. q̃to mẽtien do accedit ad octauũ. Et tãto ampli⁹ q̃nto mentiẽdo accedit ad pmũ. hec ille. Et tho. 2. 2. q. .cx. dicit Si quis diligent̃ cõ ſideret ẽm ordinẽ pdicte ãnume ratiõis p octenariũ ſciet ordi nẽ g̃uitatis culpe q̃ ẽ i iſtis mẽ dacijs. nã bonũ vtile pfert̃ de lectabili. et vita corpalis pfer tur pecunie. honeſtas etiã ipſi corpali vite. Vñ ſecũdo nõ nõ ẽm eũdem qꝛ omne mẽdatiũ de quo cũqʒ generẽ mendatiorꝫ ſit qđ ꝺꝛ in dei iniuriã et in honoꝛã tiõez aut ꝯtemptũ: ẽ moꝛtale Jta qꝛ pter hoc dicitur non ſolũ ut q̃s decipiatur. ſʒ vltra hoc di citur ea intentione et ad iſtum finẽ ut de⁹ p hoc inhonoꝛetur

qꝛ illud ẽ directe contra dei ca ritatẽ. Primũ vero gen⁹ octo mẽdatiorꝫ inter cetera ẽ g̃uiſſi mũ. vñ omne mendatiũ de pri mo generẽ eſt moꝛtale pccm̃. qꝛ qđlibet tale cõtraiatur caitati dei. nã voluntaie falſum ſig̃fica re cũ itẽciõe fallẽdi aliquẽ circa res diuinas. q̃ cir̃ mateiam fidei eſt ꝯtra caritatem dei eo qꝛ p tale mẽdatiũ mentiẽs occultat diuinã veritatẽ q̃ corrũpit. Vñ 8 aug⁹. vbi prius. Primũ gen⁹ ẽ capitale mẽdatiũ. Secundũ gen⁹ vicʒ qđ nulli pdeſt et ali cui obeſt. graui⁹ eſt q̃ tertiũ. qꝛ terciũ minuit de grauitate ex hoc qꝛ damno vni⁹ intendi tur vtilitas alteri⁹ Tñ mẽda cia ſecũdi et tercij generꝫ in q̃ bus vicʒ q̃s intendit alteri no cere in reb⁹ corpe vel fama ſũt eciam moꝛtalia pter iſtũ malũ finẽ intentum. Sũt ei contra caritatẽ primi qꝛ ſic nocere al teri in aliq̃ illoꝝ eſt cõtra pcep ta dei. et moꝛ le peccatum. ut pa tuit in .vij. pcepto Jta etiã vel le ſibi nocere vel mẽtiri propt̃ ſibi nocere eſt moꝛle. Jde intel ligitur de mendaciõ q̊ quis in tẽdit altei nocere i aia ut p mẽ datiũ inducere eũ poſſit ad ali qđ moꝛle peccatũ. Aut ad erro rem i fide. Aut vult eũ p hoc im pedire in acq̃ſiciõe alicui⁹ ſcien tie vtilis et bone. Aut impedire

eum vult in emēdacōne morū
aut retrahit eū ab introitu reli
gionis bone. Aut a ꝯuersiōe ꝑ
penitētiam. et sic de alijs: semꝑ
ē mortale. quia multo magis fit dā
num hoi in hijs spūalibꝰ ꝙ̄ in
dānificacōe rerū. aut bonorum
corpis quia aīa melior est corpe
et rebꝰ. vn̄ Sco. i. iij. dicit. mē
daciū pnicōsum ſm ꝙ plꝰ vl
minꝰ nocet qd̓ ꝑēsatur ex bono
cuiꝰ est ablatiū. ſm hoc ꝑēsat
magis aut minꝰ ḡue mendaci
um Et vlr omne tale mēdatiū
ex deliberacōe dictū. est morta
le pccm̄. cuicūqꝫ enī ꝓhibetur
simpliciter illo p̄cepto. non di
cēs ꝯtra ꝓximū tuum falsū testi
moniū. nec p̄cise ē testimoniū
quod datur in iudicio. ſꝫ quādo
quis ex certa deliberacōe asserit
quod ignorat. vel cuiꝰ nouit
oppositū dicit falsū testimoniū
cōn̄ ꝓximū. vtrū autē i deliberā
cō excusꝫ: dicetur capi. sequēti
de periurio. hec ille Concordat
wilh. i su. vicioꝝ dicēs ꝙ tres
prime spēs sūt peccata mortlia
h si ex deliberacōe dicatur. ¶ Se
cundo ergo et Tercō genere mē
ciens nō solū peccat cōn̄ hoc p̄
ceptum octauū sed etiam si dā
num intulit sic ꝓximo tenetur
sibi illud recōpēsarē. de istis mē
dacijs intelligitur illd̓ ps. Per
des oēs qui loquuntur menda
cium Et sapi. i. Os qd̓ mētitur
occidit animā. mendatia vero
alioꝝ quīqꝫ generꝝ nō sunt de
se et de suo genē mortalia pccā
ſꝫ solum venialia eo ꝙ nō siūt
ꝓpter finē aliquē. q̄ ꝯtrarietur
caritati dei aut ꝓximi. ut patꝫ de
mendoso vbi intēditur ꝓpa de
lectacō. Et de iocoso vbi intēdi
tur. Aut alioꝝ leuis delectacō.
Aut iocus aliquis Et de officio
so in quo intēditur aliqua vtili
tas ꝓximoꝝ. Quāuis aūt scdꝫ
Augꝰ. vbi prius hm oī quīqꝫ
mendatia non sint mortlia de se
et ex suo genere qn̄ in eis non i
tenditur finis q̄ sit cōtra carita
tem. pn̄t tn̄ ſm tho. vbi pꝰ Et
sco. in. iij. fieri mortlia per accn̄s
rōe scandali. Aut alicuiꝰ dāni
Aut alteriꝰ talis nati seq̄ut dū
q̄s suo mendacō non intendit
malū. attamē est verisimile ꝙ ex
mendacō suo oiat̓ scādalū eti
am pusilloꝝ. Aut nōbile dānū
ꝓxio. Et tn̄ ꝓpt̓ vitādū hmōi
scādalum aut ꝓxi dānum non
vult mendatiū obmittē. Item
pōt fieri mortle rōne nimie libi
dinis ut cū homo suā ā alteriꝰ
delectacōeꝫ quā habꝫ aut itēn
dit in mendacō ꝑponit dilcōni
dei Aut mādato eius Ita ꝙ an̄
ꝙ̄ velit ista desiderata delcācōe
in mendacō carere patꝰ est po
cius facere contr̄ dei mandatū
Et ita potest itelligi illud Au
gus. Nullū peccatum est adeo

veniale quod nō fiat mo̅rle ſi
i placet. Itē q̄ uis mendaciū
iocoſū ⁊ officioſum de ſe nō ſint
mortalia. nec viris imperfectis
nec etiā ſm tho. pfectis q̄ ſunt
in ſtatu pfectionis acq̄rende.
ut r̄ligioſi ſunt niſi forte rōne
ſcādali. Tn̄ ſm ſco. vbi prius
ſunt mo̅rtalia vtraqȝ mendatia
viris exiſtentibȝ in ſtatu pfecti
onis exercēde In exercēdo act⁹
q̄ cōpetunt eis racōne talis ſta
tus pfectōis puta docere. iudi
care. p̄dicare. Nō eſt. q̄ꝛ p vtr̄
qȝ mēdacia aufertur bonitas
doctrīe quā p̄dicāt. Iuxta illō
Aug⁹. in ep̄la fūdamenti. Si
ad ſcripturas ſacras admixta
fuerit q̄ tūcūqȝ iocoſa mēdati
a: nīl remanet ī eis ſoliditatis
puta ſi p̄latus p̄dicȝ ⁊ miſceat
mēdaciū iocoſū nihil remanȝ
ſoliditatis ī doctrīna illa. pōt ei
quicūqȝ dubitare de quocūqȝ
dicto ab eo ſicut de alio. vel q̄
racōe nō aſſentire illi mēdacio
iocoſo pāi racōe nec alij Et ita
piret auctoritas doctoꝝ ecc̄e
in docēdo. perirēt etiā vtilitates
populi audiētis cō ſimiliter ī iu
dicio ſolēni. Et itelligo ita q̄
non percipiatur illud menda
ciū eē dictū ſeorſum ab actu do
cendi vel iudicādi. dū enim ali
q̄s ſedet ad iudicitū pōt aliquā
truſam admiſcere q̄ ex modo
loquēdi ſcitur, nō eē de iudicio

hec Sco. Et ſic ptȝ quātum pe
riculū ſit p̄latis ⁊ p̄fatis viris
in ſtatu pfectiois excende qn̄
excent actus talis ſtatus pfe
ctiois ut ſunt p̄dicare iudica
re docere publice ptūc mētiri
iocoſe vel officiōſe q̄ꝛ plures do
ctores ɔcedūt q̄ ſint mo̅rtalia.
Et vid̄r idē tenē ſcūs thō. vbi
pri⁹ Cū enim ut dic̄. ponātur
in ſtatu veritatis ſuande. q̄ꝛ ve
ritatē tenēt ex ſuo officio in iu
ditio vel in doctrīna. contr̄ q̄ ſi
mētiātr̄: eit peccatum mortale
In alijs aūt nō oportȝ. hec tho.
dic̄. tn̄ petr⁹ de pa. ſup. iiij. di.
.xx vij. Mētiri in iuditio ɔſciē.
ideſt in ɔfeſſione ſacramētali
ſemper ē mo̅rle. ſicut periuriū
deliberatum. ꝓpt̄ dei irreueren
tiam annexam. Nō ſic aūt ī fo
ro exteiori ſimplex mēdatiū ē
pcc̄m mo̅rle. niſi qn̄ ledit pxi
mū. ut ſi aduocatus ad vanaȝ
gl̄am falſo moueat legē ad ve
rā ɔcluſionē. hec ille. Eſt aūt k
omne mēdaciū qn̄qȝ de cauſis
deteſtādū Primo q̄ꝛ origo ei⁹
ē dyabolica. vnde geū. iij. neq̄
q̄ moriemini Iohā. viij. dū lo
quitur ſcȝ demon mēdatiū. ex
proprijs loq̄tur q̄ꝛ mēdax eſt
⁊ pr ei⁹. ⁊ ibidem. vos ex prē
dyabolo eſtis ⁊ deſideria pris
veſtri vultis facere. Secun
do q̄ꝛ inquinat mēbꝛ qd̄ ma
iori decentia eſſȝ dignū ſcȝ os

prou·xij· Abhominacō ē dn̄o
labia mēdacia Exēplū de hn̄tē
os plenū muſcis fetidis· Ter
cō qꝛ oīs mēdax quaſi q̄dā ꝓ
ditor ē· vult eī qꝙ ille cui menti
tur fidē ſibi adhibeat· ⁊ tn̄ fidē
non ſuat ei· ꝑmo vult decipere
ut ptꝫ in rōe mentiri· qđ eſt cō
tᷓ mentē ire· Qr̄to qꝛ valde no
ciuū eſt toti ecc̄ie Fac̄ ei ut vix
alicui fides adhibeatur· vn̄ ꝓp
ter mendacia multiplicātur ꝑ
iuria· diffidentie· lites· ⁊ hmōi
vn̄ de mendacib⁹ Jere· ix· Sa
gitta vulnerās lingua eoꝝ do
lū locuta eſt Quinto qꝛ eius vi
tacō orōnē cito facit exaudiri
Exēplū in vitiſ pr̄m· vbi fratᷓbꝫ
āgelico miniſteio tranſlatis ꝑ
fluuiū ad quendā hēmitam ab
eo q̄rentibꝫ de ei⁹ vita ſc̄e· a tpe
cōuſiōis nūq̄ de ore meo mē
daciū exiuit· ⁊ quicq̄d pecij a
dn̄o ſine mora cōſecutus ſum
Seq̄tur capitulū Secūdū
Rōim de vidēda ſūt ad
huc tria pn̄cipalitᷓ Pri
mo de pcc̄is oris i q̄bꝫ
q̄s facilitᷓ mētitur vel ſp· Secū
do de mēdacō in ope vel geſtu
Tercō dubiū de perplexitate·
a Q̄ntū ad· i· pōt quis mēda
ciū icurrē promiſſo· iactātia·
⁊ adulatiōe lingue· Prio pro
miſſione· vn̄ ſm tho· 2· 2· q· cx·
Sulle q̄ aliq̄d promittit non
hēat aīꝫ faciēdi qđ ꝓmittit: mē
titur Si vō hēat nō mētitᷓ qꝛ
nō loq̄tur ꝯtᷓ id qđ gerit i mē
te Si vō nō fac̄t qđ promiſit
tūc vidᷓ infidelitᷓ agē ꝑ hoc qꝙ
aīꝫ mutat pōt tn̄ excuſai ex du
obꝫ· vno mō ſi ꝓmiſit id qđ ē
māifeſte illicitū qꝛ ꝓmittendo
peccauit mutādo aūt ꝓpoſitū:
bn̄ facit Alio mō ſi ſint mutate
cōdiciōes pſonaꝝ ⁊ negocia·
Ad hoc eī qꝙ hō teātur facē qđ
ꝓmiſit dic̄· Seneca li· de bn̄fi
cijs req̄ritur qꝙ oīa imutata ꝑ
maneāt· vn̄ ⁊ apl̄s nō ē mētit⁹
nō iplēs qđ ꝓmiſit cū nō iuit
corinthū· ij· cor· i· ⁊ hoc ꝓpt ipedi
mēta q̄ ſupuenerāt hec tho· Et b
videntur i ꝓmiſſo ſimplici mul
te ꝯdicōes itelligi· ſicut a ſm
hoſti· i ſimplici iuramēto nam
qn̄ iuro qꝙ faciā itelligitᷓ ſi dō
placuerit· Si pape vel p̄lato
placueit vel nō diſplicueit Si
res i eođ ſtatu ꝑmanſeit vn̄ ſi
apud me depoīs gladiū ⁊ tibi
ꝓmitto reſtituē Si poſtea fu
ris: res i alio ſtatu ē· Itē ſi m̄ ſi
dē ſuaueis· nō ſuāti ei fidē nō
oꝫ fidē ſuai· vn̄ ſi nō facis m̄ qđ
ꝓmiſiſti· non tibi teor Extᷓ de
iuē iurādo pueit Itē ſi ſupior nō
cōn̄dixeit Itē ſi facultas ſeu poſ
ſibilitas ſe obtulerit· vn̄ excu
ſat ncc̄itas vel ipoſſibilitas tn̄
nō potēs ſoluē: ꝑus dꝫ homo ce
dere vel cū alio ꝓ poſſe ꝯcorda
re videlicꝫ cū illo cui obligatur

c ¶ Secũdo mētitur q̃s iactan
cia· de qua vide in tertia ſpē ſup
bie p̄cepto primo capi·xiij·a·
Jactator aūt ut dic̄·ph̄us·iiij·
ethi. fingit de ſe maiora exiſtē
tibus q̄nq3 nullius gr̄a. quā͂do
q3 aūt gr̄a gl̄ie vel honois quā
do q3 aūt gr̄a argenti· vn̄ thō·
12·2·q·cxij· dicit. Jactancia ꝓ
prie iportare vid̄r q̄ hō verbis
ſe extollat. Jlla enim q̄ hō lon
ge vult iactare in altū eleuat·
Tūc aūt quis ꝓprie ſe extollit
quādo de ſe ſup̄ ſe aliquid dic̄·
Vn̄ q̄dez ↄtingit dupliciẗ. Quā
do q3 enī loq̄tur de ſe· nō quidē
ſup̄ illud quod in ſe ē. ſ3 ſupra
illd̄ qd̄ de eo homies opinātur·
Vn̄ apoſtol9 refugiēs dicit·ij·
corin·xij· Precor ne quis exiſti
met me ſup̄ id qd̄ videt in me
ā audit ex me· Alio mō quis ꝑ
verba ſe extollit loquēs de ſe
aliquid ſup̄ illud qd̄ in ſe eſt
ſm̄ rei veritatem. ⁊ vtroq3 mō
d̄r iactantia. Primo modo ta
mē magis ꝓprie Et opponitur
iactātia veritati. Quādo autē
ſit iactācia pcc̄m mo͛tale. ⁊ qn̄
non dicit ibidem. Dupliciter
iactācia cōſiderai pōt. vno mō
ſm̄ ſe put eſt mēdatiū qd̄ dam
⁊ ſic quādo q3 ē pcc̄m mortale
quādo q3 veniale· mortale q̃dem
quādo q̃s iactanter de ſe ꝓfert
qd̄ ē contr̄ gl̄am dei. Sicut ex
ꝑſona thiri regis d̄r Ezechie·
·xxviij· Eleuatū ē cor tuū ⁊ dix
iſti· deus ego ſum. vel eſt cōtr̄
caritatē proxi· ſicut cū aliquis
iactādo ſeipſum prorūpit i cō
tumelias alioꝝ. Sicut legitur
luc̄·xviij· de phariſeo q̃ dixit nō
ſū ſicut ceteri hoim raptores ad
ulteri· iniuſti· velut etiā hic pu
blican9. Quādo q3 vero ē pec
catum veniale· quādo ſc3 q̃s de ſe
iactat q̄ neq3 ſunt cōtr̄ deū nec
cōtr̄ proximū· Alio mō pōt con
ſiderai ſm̄ ſuam cauſa3 ſc3 ſup
biā vel appetitum lucri ā inais
glorie Et ſic ſi ꝓcedat ex ſup
bia vel inani gloria. q̄ ſi ſit pec
catum mo͛tale· tunc ip̄a iactan
tia erit pcc̄m mo͛tle· alioqn̄ erit
pcc̄m veniale. Sed ſi quis ꝓ
rūpit in iactātia3 ꝓpter appeti
tum lucri: hoc videtur iā ꝑtine
re ad ꝓximi decepcōnem ⁊ dā
nū· Et ideo talis iactātia magis
ē peccatū mortale· vn̄ dic̄·ph̄s
·iiij· Ethi· q̄ turpior eſt qui ſe
iactat cauſa lucri· q̄ qui ſe ia
ctat cā glorie vel honoris non
eſt tn̄ peccatum mortale ſemꝑ
q̄ poſſ3 eſſe tale lucꝝ ex quo
ali9 nō dāpnificaretur· ¶ Ter d
tio quidam mētiūtur adulacō
ne· Eſt aūt ut quidā ait· Adu
lacō ꝑuerſa laudacō· vn̄ nom
laudacōis ⁊ adulacōis eiſdem
l̄ris conſtat ſ3 nō eodem modo
ordinatis Alex· de hal' i ſūma
dicit· Adulacio ſic deſcribitur

eſt pccm̄ ex ſmone vane laudis
alteri exhibitū intencōe placē
di Dubitat̄ qn̄ adulacō ſit pec
catū mortale vel nō ſc̄ndm id ibi
dē. Quedā adulacō eſt que fit i
fouendo pccōrem in pccō. hec ē
ſemp mortale peccatū. Quedā ve
ro fit intencōe ut pſit alicui ꝗ
nulli obſit. ꝗ hec eſt veniale pec
catum. Quedā vero eſt. q̄ fit ex
ſola intencōe placēdi: nō ut p
ſit vel obſit. ꝗ hec aliqn̄ veniale
pccm̄ ē aliqn̄ mortale Quādo eni
fit ex aīmi leuitate: veniale eſt
Quādo vero fit ex ꝯſuetudine
ducēte in ꝯtēptū ꝗ libidie; mor
tale: tunc eſt mortale hec ille. hoc
viciū xp̄s maxie fugit. vn̄ gl̄o
ſup illo math. xxi. relictis illis
abijt foras ex̄ ciuitatē qꝛ pau
p erat nulli adulatꝰ. nullū in tā
ta ciuitate inuenit hoſpitē. ſed
apd̄ lazarū receptꝰ ē Et apoſto
lꝰ. i. teſſ. ij. neqꝫ aliqn̄ fuimꝰ in
ſermone adulacōis. ſic̄ vos ſci
tis. nec occaſione auaricie deus
e teſtis ē. ¶ Eſt aūt adulacōnis
vicium deteſtandū multiplici
ter. Primo. qꝛ adulatoꝛ nutrix
eſt dyaboli. lactās dyaboli fili
os lacte adulacōnis Treñ. iiij.
lamie nudauert māmas lacta
uerūt catulos ſuos. lamia ei dr
q̄ſi lania ſuis fetibꝰ crudelior.
qꝛ eos laniat quos videt lactaē
ſic adulatoꝛ quē mulcꝫ laudan
do in pccō laniat i ptinacia. Se
cūdo eſt locuſta. q̄ eſtate pſpi
tatis canit ꝗ hyeme adūſitatis
ſilet. Eccī. xiij. diues locutus ē
et oēs tacuerūt ꝗ vbū eiꝰ vſqꝫ
ad nubes pducēt. paup locutꝰ
eſt ꝗ dicent. quis eſt h̄ Tercō
ſunt adulatoēs ſyrene ſm boe
cium vſqꝫ ad extimiū dulces
voce. ſꝫ obſtructis auribꝫ fugi
ende. Quarto ſunt lotoēs capitū
per oleum pſ. Corripiet me iu
ſtus in mia ꝗ increpabit me ole
um aūt pccōris nō impinguet
caput meū. Quīto ſunt ſacdo
tes dyaboli hoīes viuos ſepeli
entes. vn̄ gre. ſup illo Math.
viij. dimitte mortuos ſepelire
mortuos ſuos. mortui mortu
os ſepeliunt cū pccōꝛ pccōrem
aggere adulacōis pmit. ppt il
la xp̄s ait Luce. vi. ve vobis. cū
benedixerit vobis homines gl̄o.
magna pars pene eſt peccatori
ſua ſcelera nō argui. ſꝫ inſup q̄ſi
bene geſta laudari Et ſup illō
pſ. Deus in adiutorium meum
intēde dicit Auguſt. plꝰ nocet
lingua adulatoris q̄ manus p
ſecutoris. yſai. iij. Popule me
us qui te beatum dicunt ipſi te
decipiunt. ¶ Dubitatur quale f
remediū ſit adhibēdū adulaci
ni. Reſpōdet Alexāder vbi ſupra
qꝛ triplex ſpēalit. vnum intra p
prie fragilitatis ꝯſideracō q̄ ho
minē pfēce humiliat. vn̄ Treñ. iij.
Ego vir videns paupertatē meā

Et mich·vi·hūiliacō tua in me
dio tui. Alia duo ſūt extrīˢ·vnū
eſt ex pte iuſti hoīs·et dicitur
fidelis et diſcreta correctō·vñ
ſup illud pš. Oleū aūt pcc̄oris
nō impinguet caput meū glō·
Suſtinet fidelis argui a viro
iuſto i miſericordia et nō lauda
ri a pcc̄ore. Aliud ē ex pte pec
catoris ſcꝫ detractio q̄ eſt reme
diū non p cauſā ſꝫ p occaſiōeꝫ
vñ greḡ. Sciendū ꝙ ne immo
deratis laudibꝫ eleuemur pleꝝ
qꝫ miro rectoris noſtri modera
mine detractionibꝫ lacerāri per
mittimur·ut qđ vox laudantis
eleuat lingua detrahētis hūiliet
8 Quo ad ſecūdū principale
ſcꝫ de ſimulacōe·Notād ꝙ dif
ferūt ſimulacō et ypocriſ ſic ſu
periꝰ et inferiꝰ·Simulacō eſt
ꝓprie mēdaciū qđ i exterioribꝫ
ſignis factoris ꝯſiſtit·ut dicit
tho·2·2·q·cxi·nō aūt refert vtꝝ
aliq̄s mentiatur verbo vel quo
cūqꝫ alio facto. Simulacō tñ
largius capitur ſepe pro qua
cūqꝫ fictione Sꝫ ypocriſ ē nō
quecūqꝫ ſimulacō ſꝫ ſolū illa q̄
q̄s ſimulat pſonam alterius:
ſic cū pcc̄or aſſimulat pſonam
iuſti de hoc habes quedaꝫ pri
mo p̄cepto de ypocriſi·de ſimu
lacōne igr̄ dicit Deo·m·iij·di·
·xxxviij·Aliquis pōt ſimulare
p argumēta pbabilia·aſſumē
do aliq̄ bona ſibi ineſſe que nō
inſunt puta p genuflexiones et
adoracōes deuocōeꝫ ſibi ineſſe
que nō inē·Et talis ſimulacio
eſt ypocriſ et pctm̄·Aliq̄s etiā
pōt ſimulare mala non inēē·vl
oñdendo ſigna oppoſita hijs
q̄ ꝯſueuit vel oppoſita malꝭ vel
non oñdendo ſigna que cōmu
nit ꝯſueuerīt ſequi illa mala Et
p̄mū iſtoꝝ videtur ptinere ad
ypocriſim puta ſi quis luxurio
ſus audiēs de mulieribꝫ ſpuat
in ſignū caſtitatis exercans·et
tñ habeat oppoſitū i corde Se
cūdū non eſt malū aliqđ ymo
ſi pōt eſſe in malo eſt laudabi
le qꝛ vitupabile ē publicare eo
modo q̊ dicitur de quibuſdaꝫ
ꝙ peccatū ſuū publicauerīt et
non tacuerīt et ſi malū ſit i cor
de interiꝰ tamē addē malū ſig
nū exteriꝰ eſt addere malū ma
lo In indifferētibus aūt aliq̄s
pōt aliq̄ facere q̄ ex natura ſui
ſunt ſigna alicuiꝰ·Aliq̄s enim
pōt facere alia que non ſūt ſig̃
ex natura ſui ſꝫ ſcit ea concipi a
pñtibus tanq̄ ſigna·puta ex
natura rei ſud aē ē ſignū fatiga
cōnis vel alicuiꝰ reſolucōis cor
poralis·Spumare aūt ꝙ ſali
ua currat p barbā non ē ex na
tura ſignū inſanie mentis·pōt
enim cōpos mētis emittere ſali
uā ut currat p barbā·tamen a
circūſtātibꝫ pōt aliq̄s ſcire hoc
iudicandum ſicut ſignū furie

puta q̄ illa ɔſueuerūt ſigna eē
furioſoꝝ in t̄ra illa· Vníuſalit̄
ergo de ſimulacōib⁹ p̄ma ⁊ ſe
cūda dico· q̄ ſūt pctā ⁊ freque̅
ter mortalia· q̄ ꝑ poſ̄tis ⁊ ſimu
lacō· Tertia dūmō malū nō cō
comitetur eſt laudabilis Ita q̄
hō non oñdat vnū malū p aliō
malū· Et in indifferentib; ſimu
lacō prima ſi eſſꝫ in aliquibus
eſſet forte mala· ſꝫ non grauit̄
puta ſi quis poſſꝫ ſe facere ſuda
re licet non laboraſſꝫ· quemad
modū quidā ioculatores vtū
tur corporibus ſuis ad aliquos
motus ſignificātes alias diſpo
ſicōnes q̄ non in ſunt eis nec p̄
ceſſerūt· Simulacō alia que ē
ſecūda in indifferētib; nec pec
catū ē ⁊ talis fuit ſimulatio da
b uid· i· Re· xxi· hec ſco· ¶ Circa
terciū pn̄cipale q̄d ſit faciendū
in tali caſu ⁊ ſimilib⁹· Aliquis
queritur ad mortem quē abſcō
dit perfectus vir veniūt appito
res ⁊ q̄rūt ab abſcondēte· vbi
ſit latitās· Aut rn̄det· ibi· ⁊ tūc
erit proditor· Aut rn̄det ſe neſcie̅;
⁊ ſic mentitur· Aut tacet ⁊ ſic
prodere vid̄r ergo ē perplexus·
Rn̄deo; Alſio dicit· debet deludere
appitores ſic dicebat ipo ſitinꝰ
ſic dicendo· Creditis q̄ ſi ipſe
eſſꝫ h̄ ego dicerem vob· vel ɔ
rn̄dere ſic rn̄dit ille ſāct⁹ epūſ
de quo exēplū pōit btūs Aug⁹·
li ɔtr̄ mēdatiū q̄ abſcōdit quē



da; inícꝛ q̄ q̄rebatur ad morte
tē ⁊ dū ab ipō epō q̄rerēt appi
toēs vbi ille eſſꝫ· R· nec poſſu;
mētiri nec poſſum eſſe proditor·

Capitulū Tertiū

De falſitate hactenꝰ di
ctū ē ſꝫ nō de teſtificati
one vidēda ſūt tria· Pri
mo ī q̄b; caſib⁹ q̄s tētur teſtifi
cai. Secūdo an falſū teſtiomū
ſp ſit mortale pcc̄; Tercō q̄uo q̄s
teſtificādo vel alias aſſerendo
poſſit iurare ⁊ q̄ ſcie̅ debeat q̄ iu
rat teſtificādo· ¶ Quo ad p̄mū a
nōt tho· 2· 2· q· lxx· In teſtiōio
ferēdo diſtinguendū ē· q̄ aliq̄n
requiritur teſtimoniū alicui⁹
aliq̄n nō requiritur· Si requi
ritur teſtimoniū ſbditi autori
tate ſupioris cui i hijs q̄ ad iuſti
tiā ptinēt obediē tētur Et tunc
nō ē dubiū q̄n teſtiōniū tēatur
ferre i hijs in q̄b; ſc̄m ordie; iu
ris teſtiōniū ab eo exigit̄ puta
ī manifeſtis ⁊ i hijs de q̄b; infaīa
pceſſit· Si aūt exigatur ab eo
teſtiōniū i alijs puta i occultis
⁊ de q̄b; infamia nō pceſſit nō
tenetur ad teſtificādū. Si vero
req̄ritur ei⁹ teſtiōniū nō auto
ritate ſupioris cui obediē tene
tur Tūc diſtinguendū eſt Quia
ſi teſtimoniū requirātur ad libe
randū hoiem ab iniuſta morte
ſeu pena quacūq; vel falſa etiā i
famia vel etiā ab iniquo dāno
tunc tenetur hō ad teſtificandū

Sed ſi ei⁹ teſtimoniū non re
quiratur tenetur facere qḋ i ſe
eſt ut veritatē denūciet alicui q̄
ad hoc poſſit ꝓdeſſe. dicit enim
pſ. eripite pauperem ⁊ egenū
de manu pcc̄oris liberāte. Et pú.
.xxiiij. Erue eos q̄ ducūtur ad
mortē. Et ro. i. digni ſūt morte
nō ſolū q̄ faciūt. ſꝫ ⁊ q̄ cōſentiūt
facientibꝫ. vbi glō. Cōſentire ē
tacere cum poſſis redarguere.
Sup hijs vero que ptinēt ad
dānacōēꝫ alicui⁹ non tenetur
quis ferre teſtimoniū niſi cū a
ſuperiore cōpellitur ſcḋm ordinē
iuris. qꝛ ſi circa hoc veritas oc
cultetur nulli ex hoc ſpeciale dā
nū naſcitur. vel ſi immineat pi
culū accuſatori: non ē curādū
qꝛ ipſe ſe in hoc periculū ſponte
igeſſit. Alia aūt racō ē de eo cui
piculū imminet eo nolēte hec
b tho. ¶ Sꝫ dubitatur an teſtio
niū poſſit licite fieri de hijs que
alicui ſub ſecreto ſūt cōmiſſa. p
cui⁹ ſolucōe nōndū qꝫ triplex
eſt ſecretū. vnū quod ſub ſigil
lo confeſſionis cadit. aliud qḋ
ſub ſigillo ſecreti tegitur. Et ſit
dupliciť. vno mō qn̄ cōmittēs
expmat ſe dicere ſub ſigillo ſe
creti. Alio mō qꝫ non expmat.
ſꝫ tn̄ natura ſermonis vel rei illḋ
expoſcat. vicꝫ qꝫ teneatur ſb ſi
gillo ſecreti. de hijs tribꝫ dicit
pe. pa. ſup q̄rto. di. xxi. Quāuiſ
frāgēs qḋlibꝫ iſtoꝝ. vicꝫ prio



modo ⁊ ſcḋo modo dcōꝝ ſigil
loꝝ peccet mōꝛliter. tn̄ grauiꝰ
frāgēs ſigillū cōfeſſionis. nec
ſolū eſt fractoꝛ ſigilli ⁊ ꝓditoꝛ
cui eſt aliquid expſſe cōmiſſum
ut archanū. ſꝫ etiā ex natuā fa
cti. ſi videatur tale qꝫ reuelacō
nocerꝫ. minus tamē ceteris pa
ribus qꝫ ſi ad hoc ſe obligaſſꝫ
nā ſeruus auſcultans a caſu vel a
ꝓpoſito ſecretū qḋ tractatur in
curia dn̄i ſui. ⁊ poſtea id reue
lat forinſecus: cōmittit crimen
cōn̄ dominū ſuū ⁊ curiā eiꝰ vn̄
talis ſeruus ſcḋm ius ciuile ḡuiter
pūiretur. Sacramētum aūt pe
nitētie ſeu cōfeſſionis ē qḋdaꝫ
ſecretū qḋ ſecrete tr̄ctatur i cu
ria ſūmi regis qꝛ tr̄ctatur corā
illo qui repn̄tat pſonam eius.
Quilibꝫ vero homo ſeruus dei ē
ergo ille q̄ audirꝫ a cōfeſſoꝛe pec
cata cōfeſſa: teneretur ea celare.
Hec pe. Et eadē racō videtur de
illo qui confitētis alicuiꝰ pecca
ta audiſſꝫ a caſu vł a ꝓpoſito.
Alij doctores addūt. qui dolo
ſe audit cōfitētē: mōꝛliť peccat
ſꝫ non qui a caſu. Ambo tamē
tenētur celare. Rō pmi qꝛ cōn̄
legem nature facit ⁊ cōn̄ carita
tem pximi ymo cōn̄ dei ſacmē
tum. Et addit pe. de. pa. pēitenſ
etiā ſi ex reuelacōe inunctionis
penitētie ꝓbabiliter crederꝫ cō
feſſoꝛē ledi: tenetur celare. Alio
quin eſſꝫ maledictꝰ ſic cham

q̄ diſcooꝑuit vel nō operuit ſꝫ
deriſit verenda p̄ris. Si enī ex
hoc ſeq̄retur vel deriſio ſimpli
cis vel offenſio. qꝛ ꝓhibuit lo
q̄ cū pſona ſuſpecta non debꝫ di
cē. talis hoc m̄ iniūxit. qꝛ forte
c ille interficeret eū hec ille. ¶ Ad ꝓ
poſitū dubiū r̄ndit tho. vbi ṗ
us ſic. de illis q̄ hoī commiſſa ſūt ī
ſecreto p confeſſionem: nullo mō
debꝫ teſtimoniū ferre. quia hu
iuſmōi nō ſcit ut homo ſꝫ tāq̄
dei miniſter. Et mai⁹ eſt vincu
lū ſacramēti quolibꝫ hominis
p̄cepto. Circa ea vero que alit̄
homini ſb̄ ſecreto cōmittuntur
diſtinguendū eſt. Quādoqꝫ ei
ſūt talia que ſtatim cum ad no
ticiam hominis veniūt homo ea
manifeſtare tenetur puta ſi ptī
nent ad corrupcōnem multitu
dinis ſpiritualem vel corꝑalem
vel in graue damnū alicuius p
ſone vel ſi quid aliud hmōi eſt
ꝓpalare tenetur vel teſtificā do
vel denunciando. Et contra hoc
debitum obligari non poteſt
per ſecretum commiſſum. qꝛ in hoc
frāgeret fidem quā alteri debet.
Quādoqꝫ vero ſūt talia q̄ quis
ꝓdere non tenetur. vn̄ poteſt
obligari ex hoc qꝛ ſibi ſb̄ ſecre
to cōmittuntur. Et tunc nullo
modo tenetur ea aliq̄s ꝓdere
etiā ex p̄cepto ſuperioris. qꝛ ſua
re fidem eſt de iure naturali. nl
aūt pōt precipi hoī cōtra id qd̄
ē de iure naturali hec tho. Sꝫ di
ceres q̄ꝛ diu tenetur celare q̄ ali
quid in cōfeſſiōe audiuit ſꝫ. ſp
ꝰ ꝑ ſemp. Item q̄reres quā pe
nā incidit q̄ archanū alicuius
ꝓdit illicite ſꝫ. Si q̄s publice
reuelat aliqd̄ ſecretū crimen im
ponitur ſibi aliq̄ pēa ſcꝫ ifamia
Impoſitor ei crīmis cuiuſcumqꝫ
qd̄ ꝓbare non pōt pro calūnia
tore hētur. Extra de calūnia. Et
talis ē ille q̄ reuelat qd̄cūqꝫ ſe
cretū crīe qd̄ ꝓbaē non poteſt
¶ Dubitatr̄ conter an q̄s tenea d
tur accuſaē ꝓximū ſꝫ. tho. 2. 2.
q. lxviij. dr̄a eſt int̄ denūtiacōem
7 accuſacōem. in ṗmo attenditur
emēdacō fr̄is. In ſecūdo punicō
crimis. pene aūt p̄ntis vite nō
p ſe expetūtur quia nō ē ſꝫ vlti
mum retribucōis tēp⁹. Sꝫ in
q̄ꝛ tum ſunt medicinales cōferē
tes vel ad emēdacōem perſone
peccātis vel ad bonū reipublice
cuius q̄es ꝓcurātur p punicōem
peccātiū. quorꝫ ṗmū intēditur
in denūtiacōe Secūdū aūt ꝓpe
ptinet ad accuſacōem. Et ideo ſi
crīmē fuerit tale qd̄ v̄gat i detrimē
tū reipublice: tētur hō ad accu
ſacōem dūmō ſufficiēt poſſit ꝓ
baē qd̄ ptinꝫ ad officiū accuſa
toris. puta cū pecīm alicui⁹ v̄git
i multitudis corruptelā corꝑa
lē ſiue ſpūalē. ſi aūt nō fuerit ta
le pecīm qd̄ i multitudiem redū
det vel etiā ſi ſufficiētē ꝓbacōem

nō poſſit adhibere: nō tenetur
ad accuſandū qꝛ ad hoc nullꝰ
tenetur qd̓ non pōt debito mo
do pficere. Sȝ ɔtra non licȝ re
uelare q̄ quis in ſecreto recepit
qꝛ hoc ē infideliter agere. Sed
ſtat ſolum ſecreto quē ſcire pxi
mi malū ergo ⁊c̄. rn̄dȝ reuelaē
ſecretū in malū pſone infideli
tas ē. non aūt ſi reueletur ꝓpt̄
bonū ɔmune qd̓ ſemp pferedū
eſt puato bono. Et ideo cōn̄ bo
nū cōmune. nullū licȝ ſecretum
recipe nec tamē eſt oino ſecre
tū qd̓ p ſuffitiētes teſtes pōt p
bari hec tho. Sȝ nūquid ſbdi
ti poſſunt accuſare ſuos platoſ
ſꝫ. ibidē. Subditi platos ſuos
accuſare phibetur q̄ non affe
ctione caritatis ſȝ ſua puitate
vitam eoꝝ diffamare ⁊ repbē
dere querūt. vel ſi ſubditi accu
ſare volētes fuerint criminoſi
ut hētur. 2. q. vij. Alioquī ſi fue
rint alias ydonei ad accuſand̓
licȝ ſubditis ex caritate ſuos p̄
e latos accuſare ¶ Quo ad ſecū
dum principale vtꝝ falſū teſti
moniū ſit ſp peccatum mōrle.
ſꝫ. tho. 2. 2. q. lxx. falſū teſtimoī
um triplicem hȝ deformitatē.
Vno mō de piurio qꝛ teſtes
nō admittuntur n̄ iurati. ⁊ ex
hoc ſp eſt pccm mortale. Alio
mō ex violacōe iuſtitie ⁊ hoc
mō eſt mortale pccm ī ſuo ge
nere. ſicut ⁊ quelibȝ iniuſticia.

Et ideo in pcepto decalogi ſub
hac forma interdicitur falſū
teſtimoniū cū dr̄ Exo. xxi. non
loquaris ɔtra pximū tuū falſū
teſtimoniū. non ei cōn̄ aliquē
facit qui eū ab iniuria faciēda
impedit. ſȝ ſolū qui ei ſuā iuſti
tiā tollit Tercō mō ex ipſa fal
ſitate ſcḋm qꝫ ōne mendaciū eſt
peccatū ⁊ ex hoc nō habȝ falſū
teſtimoniū qꝫ ſit ſep mortale
peccatum Dubitatur vtrū iura
mētum obliget ſcḋm intēcōeȝ
recipientis. ſꝫ. tho. ſuper. iij. di.
. xxxix. ⁊. 2. 2. q. lxxxix. ar. vij. Iu
ramentum promiſſorium obli
gat de ncc̄itate ut culpa euite
tur vn̄ obligat ad illd̓ eſſe faci
endū. q̄ nō fc̄o īcurritur culpa
diſtinguendū ē ergo in eo qui
iurat Aut enim ſimplicit̓ aut do
loſe iurāt Si iurat doloſe: ex du
abus ptibus pōt culpa ſeq̄. ſcȝ
ex fractione iuramēti ⁊ ex dolo
Quāuis ergo ex ipa rōne iura
menti mq̄ꝫ tum iuramētum nō
obligetur ad ſuandū ipm̄ ni
ſi ſcḋm ſuā intēcōeȝ q̄do obligaci
onē eni volūtas reqritur ſic eti
am ad votū. tn̄ ex ncc̄itate iura
mēti mq̄ꝫ tū doloſū fuit obliga
tur ad ſuandū talit̓ qꝫ ex dolo
eiꝰ aliꝰ nō ledat̓ ⁊ hoc ē qn̄ ſcḋm
intēcōeȝ recipiētis: iuramētum
iplet. vn̄ debȝ ſuari ſcḋm ſanū
intellectū eiꝰ cui iuramentum
pſtatur. vnde yſido. Quacūqꝫ

arte verborum quis iuret: deus
tamē q̄ cōſcientie teſtis ē hoc ita
accipit ſicut ille cui iurātur itel
ligit. Et q̄ illa verba intelligā
tur de iuramēto doloſo patz p
ea que ſic ſubdit dupliciter re
us ſit qui et nomē dei in vanū
aſſumit ꝛ ꝓximū dolo capit. Si
autē ſimpliciter idē abſqꝫ dolo
iurat: tūc obligatur in foro cō
ſciētioſo ſolum ſcđm intencōez
iurātis nō recipientis. vnde gre
go. xxvij. mora. humane aures
talia verba noſtra iudicāt. qua
lia foris ſonāt. diuina vero iudi
cia talia foris audiunt qualia
ex intimis proferuntur. Sed ta
lis ſine dolo iurās in foro cōtē
cioſo vbi intencō ignoratur ob
ligatur ſcđm q̄ verba cōmuniter
accipi ſolēt. hec ille. Et addit. Iu
ramentū non debet adhiberi ni
ſi de aliq̄ re de qua aliquis ſir
miter certus ē ꝛ non eſt niſi cū
magna cautela adhibendum.
Nōndū tam̄ q̄ in quibuſdā ca
ſibꝰ poſſunt aliqui iurare q̄bꝫ
de re non cōſtat. niſi p fidē ſeu
credulitatem. vñ mgri. iiij. di.
xxxiiij. di. q̄ ſi mulier cauſatur
frigiditatem mariti ipſa ꝛ ipſe
iurabit de eo q̄ nunq̄ commix
ti ſint ꝛ ſine fraude cum ſeptia
manu ꝓpinquorum. Sacramen
tales enim tunc iurabūt q̄ cre
dūt eccleſie verā iuraſſe. Idē iu
ris eſt ſi ſepenꝰ ꝓpē artitudinē

mulieris. Sicut etiam in li. v.
de purga. capi. xiiij. Iurare pa
pa mādat ꝓ purgacōne cuiuſ
dā decani infamati. Similia hēs
in Scđo. ut poſt dicetur. Sꝫ du
bitatur quomodo debēt verba
obligātiū itelligi. Rñdꝫ. Scđo.
q. penultima qđl. ſui. Ad iſtud
dubiū habetur reſponſio. extrā
de ſpon. ex litteris vbi dicitur ſic.
Si alter nō intellexit qđ alter
ꝓpoſuit ad cōmunē verbi itelli
gētiam recurratur. ꝛ cogatur
vterqꝫ vba ꝓlata in ſenſu iſto
retinere quē ſolēt recte itelligē
tibus generare. Et gloſa addu
cit illud ff. de ſupple. le. l. labor.
non ex opiōnibꝰ ſingulorꝫ ſꝫ
ex cōmuni vſu loquēciū verba
ſunt intelligenda. Addūt alij
quādo vba ſunt duplicia ꝛ iu
rās intendit in vno ſenſu ꝛ rci
piēs i alio tunc verba mltipli
cia aut plus ptendūt vnū iſto
rū ſēſuū ſcđm cōmunē vſum. Aut
equaliter ptēdūt vtrūqꝫ. Si
primū. tūc illiꝰ intencōi ſtandū
eſt qui illum ſenſum itellexit.
Si ſecūdū: tunc ſtādū eſt iu
dicō bonorꝫ virorꝫ qui preſatis
cōiecturis ꝛ racōnibus cō deſcē
dere debēt ſaniori ꝛ puriori intē
cioni. Sꝫ quid ſi q̄s falſū teſti
moniū ferrꝫ ex ignorātia facti
ſꝫ. tho. ibidē. In teſtimonio fe
rendo nō debꝫ hō ꝓ certo aſſerē
q̄ſi ſciens illud de q̄ certꝰ non

eſt. ſ; dubiū debet ſub dubio ꝓ ferre ⁊ id de quo certus ē pro certo aſſerere. Sȝ qꝛ contingit ex labilitate hūane memoie ꝙ reputat ſe homo qn̄qȝ certum eē de eo ꝙ falſum ē ut ſi aliquiſ cū debita ſollicitudie recogitāſ eſtimat ſe certum eſſe de eo qđ teſtatur illđ teſtimoniū nō eſt falſū nec peccat mōꝛlit᷑ hoc aſ ſerēs qꝛ non dicit falſū teſtimo niū ꝑ ſe ⁊ ex itencōe ſ; per acci
f dēs coīi illđ qđ intendit ¶ Du bitatur adhuc An indelibera cio in periurio ⁊ ſiliter in men dacō excuſet a pccō mōꝛli Rn̄. ſco. ſup. iij. circa finē. periuriū qđ eſt ex pleno ɔſenſu ē coīi ꝑ ceptū prime tabule. ⁊ ꝑ conſe quēs immediate auertens a fine vltīo. Et ita nihil ſibi deficit de rōne pccī mōꝛlis. Siue periu riū fiat ex habitu ſiue non ſiue ſemel ſiue ɔſuetudinaie. Si au tē fiat periuriū ideliberāte qn̄tū cūqȝ fiat frequēter: cū act9 me ritoꝛi9 requirat ꝙ ſit plene hu man9 ⁊ ita ex delibrācōe plena ⁊ demetoꝛi9 nō min9 reqrat id non eī de9 ē ꝓnioꝛ ad puniendū ꝙ ad p̄miādū: pōt dici ꝙ illud ꝑiuriū ideliberātū etiā ꝗciēſcū qȝ iteratū non eſt pccm mōꝛle Rondū tn̄ ꝙ virtuoſus breuē habet deliberacōez. ꝗ non vide tur deliberacō qꝛ habȝ prudētiam magnā ⁊ ꝓmptus eſt ad

deliberādū quaſi in tpe impce ptibili. Ita poſſ; aliqs ex habi tu oppoſito prudentie acqrere facultatē deliberādi ꝓmpte de oppoſito ꝗſi in tpe ipceptibili ⁊ illa deliberacō ſequēs habitū eſſ; ſufficiens ad racōez peccati Sic cō ſimilis deliberacō in bo no eēt ſuffitiēs ad racōnem me riti. nō ergo diſtinguo ꝙtum ad rōez pccī mōꝛlis ꝙtum ad raritatē ⁊ frequētiam periurij. ſ; inter deliberacōez ⁊ indelibe racōez Ita ꝙ deliberacō ɔcurrēſ reddit pccm mōꝛle. ⁊ hoc ſiue vnica ſiue ex ɔſuetudine. Et in deliberacō excuſat ſiue ſemel ſi ue quociēſcūqȝ hec ſco. Idē te net de mendacō ad hoc ꝙ ſit mōꝛle vel veniale. vide etiam de hoc ſup̄ ſecūdo p̄cepto ꝑ totū
¶ Quantum ad terciū pn̄cipale g queritur. vtꝝ adducēs deū in teſtē ut ſit i iuramēto aſſertoꝛio ad aliqd qđ talis credit eē ve rū. licȝ non ſit verꝝ ſ; ad aliqd de q̊ aliquā hȝ opinionez ⁊ tn̄ magis aſſentit oppoſito peccet mōꝛlit᷑ Rn̄. ſco. vbi p̄us ſup terꝛ tio dicens dico ꝙ ille cui iurat᷑ aut accipit ex lege poſitiua Aut ex cōſuetudie iuramētū. tanꝙ ſimplicit᷑ aſſertiuū iurati. Aut nō tāꝙ ſimplicit᷑ aſſertiuū ſ; ꝓ babilit᷑ iductū ad credēdū iuramēto Primo mō dico ꝙ iuranſ quocūqȝ dubiū hoc ē qđ non

eſt ſimpliciť certū ⁊ deliberate
peccat mortalit᷑· qꝛ ad ꝯfirmādū
id qđ aſſerit ſimpliciť eē certū
⁊ verū deū teſtem inducit cū nō
ſit ſimpliciť certum Et hoc mō
debēt intelligi omnia iuramēta
illoꝝ qui aliquid iurant in iu
dicō pro quo ſententia aliqua
conſueuit ferri q̄ ſnīa oīno nō
deberꝫ ferri niſi illđ aſſertū eſſꝫ
ſimpliciť certum verbi gracia·
Sētentia mortis non dꝫ ferri
nˢ pro crimine certo ergo iurāˢ
